



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri
Ultraiectini**

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIII.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70886)




XVI

22

Jh. 6092.



Ant. Mariae
V. L. L. L.
LIII
25



VARIARVM
LECTIONVM

LIBRI DVO,

THEODORI CANTERI
VLTRAIECTINI.

AD

Clarissimum virum GEORGIVM RA-
TALLERVM Senatus Regij Vltraiectini
Præsidem dignissimum.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXIIII.

Ant. Mu
Varia Lect
LIII
Z 8

SVMMA. PRIVILEGII.

REGIÆ Catholicae Ma^{est} privilegio cautum est, ne quis
cuiuscunque status aut conditionis, Variarum lectionum
libros Theodori Cānteri, circa Christophori Plantini
litteratam inter decennium imprimat, alibiue impressos in
ditionis fines importet, aut quouis modo distrahat. Qui
faxit, pena in regio diplomate expressa multabitur. Dat.
Bruxellis, vltima Nouembris. M. D. LXXIII.

Subsig.

I. de Perre.

CLARISSIMO VIRO³

D. GEORGIO RATALLERO,

*Senatus Regij Ultraiectini Præsidi
dignissimo,*

THEODORVS CANTERVS

VLTRAIECTINVS

S. D.



OGITANTI mihi
sæpenumero & cum
animo meo perpen-
denti, cuius potissi-
mum felicibus auspi-
cijs atque adeò patro-

cinio fretus, has laborum meorum pri-
mitias in lucem emittere, quo citra pe-
riculum possent multiplex & varium
doctorum virorum subire iudicium: tu
in primis, clariss. Præses, occurristi,
cui hæc nostra, qualiacunque tandem
illa sunt, dedicare, atque consecrare me-
rito deberem. Nam præterquàm quòd
semper te litterarum ac litteratorum

A 2 singu-

Ant. M. L.
Varia Lect.
LIII
25

4
singularem patronum cognosci passus
es, ipse non vulgari doctrina iam pre-
dem ab omnibus iudicaris excellere, &
de litteris & studiis rectissime iudicari
posse. Vt enim omittam Poeticæ lan-
dem in iuuentute summo omnium con-
sensu tibi attributam, quis est qui ig-
noret, Philosophiæ totius ac Iurisprou-
dentia scientiam te exactissimam con-
secutum rectè ab omnibus existimari.
Veruntamè hoc tibi omne sufficere te-
sum non est, nisi insuper Græcæ linguae
perfectam cognitionem, tanquam re-
liquarum artium singulare ornamen-
tum, velut pro Celephone comparatis.
Quibus de causis non iniuria potentis-
simus Rex noster fecit, vt de Mech-
nienfis curiæ Senatore Præsidentem te no-
stræ prouinciæ, tametsi reluctantem
ferè inuitum, creauerit. Quod omne
quamquã gratie tuis humeris incur-
bit, ita tamen in eo te diuina opitulante
gratia haectenus gessisti, vt ab omnibus
certatim virtutes tuæ artesque cele-
brentur.

brentur. Quarum cum ad me quoque
fructus aliquis praeter omne meritum
meum peruenerit, ingratus pro-
fecto iure fuisset habitus, nisi hos la-
bores tuo potissimum nomini conse-
crare voluissem. Id quod in optimam te
partem interpretaturum esse mihi polli-
ceor atque spondeo. Vale Praeses
clarissime. Ultraiecti: Idibus Ianuar,
M. D. LXXIIII.

A 3

pete
Lionas

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

DE Musarum origine, deque ea Arnobij locus restitutus. Cap. 1.

Aristotelis locus contra quorundam neotericorum interpretum opinionem illustratus. Cap. 2.

Porro Quirites quid significet, deque eo Donatus Terentium emendatus. item Apulei locus quidam ex libro de Mundo nitore suo restitutus. Cap. 3.

Theophili ad Antolycum locus restitutus. Cap. 4.

Tertullianæ loca quædam illustrata. Cap. 5.

Diogenis Laerti loci examinati & illustrati. Cap. 6.

In Minutio Felice menda quædam sublata. Cap. 7.

In Athenæo lacuna suppleta. Cap. 8.

Plauti locus correctus in Milite glorioso, & alter Bacchidibus illustratus. Cap. 9.

In Dione Chrysostomo lacuna suppleta, & alter locus emendatus. Cap. 10.

Vnde Capitolium dicitur. Cap. 11.

Quod Pythagorei iis qui defecissent à philosophia cænotaphia extruebant, & ex eo Nazianzeni locus illustratus. Cap. 12.

Apulei locus in libro De dogmate Platonis, elegantè coniectura emendatus. Cap. 13.

Stobæus à macula vindicatus. Cap. 14.

Confirmatum auctoritate Græci & Latini scriptoris quod Cicero ex Chrysippo refert de Chiorum Lepidinis. Cap. 15.

Plutarchi dictionis origo duobus in locis indicata. Cap. 16.

Ocelli Lucani nomen apud Censorinum & alios emendatum. Cap. 17.

Ant. Mus
Varia Lect
LIII
28

Hesychij locus de litteris Ephesijs emēdatus.	Ca. 18.
Arnobij antiqua lectio defēsa.	Cap. 19.
Dionis Smyrnei carmen emendatum.	Cap. 20.
Macrobius tribus in locis ope manuscripti codicis, nitōri suo restitutus.	Cap. 21.
Stobæus & Diogenes Laertius emendati.	Cap. 22.
Arnobius duobus locis emendatus.	Cap. 23.
Plutarchi locus emendatus, & eiusdem auctoris duobus in locis lacunæ duæ suppletæ.	Cap. 24.
Euripidis versiculus apud Plutarchum in Erotico cor- ruptus, emendatus. & apud eundem alius Euripi- dis locus illustratus.	Cap. 25.
Epitheton Dionysij apud Orpheum in Hymnis emendatum.	Cap. 26.

INDEX CAPITVM

LIBRI SECVNDI.

Pythagoræ symbolum, à nemine hæctenus obseru- tum, è terebris erutum.	Cap. 1.
Arnobij locus emendatus, & antiqua lectio defē- sa.	Cap. 2.
De furtis Homeri.	Cap. 3.
D. Augustinus illustratus & emendatus.	Cap. 4.
Stobæi loca quædam emendata.	Cap. 5.
Ciceronis quædam loca illustrata.	Cap. 6.
Epigrammata duo auctori suo vitelicata.	Cap. 7.
Gellij locus, partim coniectura, partim ope manu- scripti codicis, nitōri suo restitutus.	Cap. 8.
Locus Plutarchi, & item Apulei, emendatus.	Cap. 9.
Arnobij antiqua lectio defēsa.	Cap. 10.
Clemens Alexandrinus emēdatus & illustratus, item versio eius correctæ.	Cap. 11.

A 4

Lactan-

Ant. Mus
Varia Lect
LIII
28

- 3
Lactantij Firmiani locus illustratus. Cap. 11
- Callimachi versus restituti. Cap. 12
- Phidiam quendam ab se amatum puerum habuisse
nomine Pantarcon, deque eo Arnobius, Nazari-
zenus & Suidas emendati. Cap. 13
- Plutarchus & Dionysius Halicarnasseus ab eodem
propemodum errore vindicati. Cap. 14
- D. Hieronymus in Epistolis emendatus & illustra-
tus. item Porphyrij locus restitutus: locaque qui
ex eo Hieronymus transtulerit, indicata. Cap. 15
- Arnobij antiqua selectio defensa necnon & Minutius
Felix & Gyprianus ab eodem errore vindicati.
Cap. 17.
- Notatum Henrici Stephani *μνημονὸν ἀμείβηται*. Cap. 16
- Lactantius tribus in locis ab eodem errore vindica-
tus, & alter eiusdem illustratus. Cap. 18
- Plutarchi locus in vita Alexandri Magni expen-
ditus. Cap. 19
- De Casto Cereris quid sit, deque eo Hieronymus &
Arnobij loci emendati. Cap. 20
- Plutarchus & Strabo ab eodem errore vindicati. 21
- Ianum primum omnium aereos nummos cudisse, au-
thoritate antiqui cuiusdam scriptoris confirmata
eiusque nummi figura è tenebris eruta. Cap. 22
- Porphyrij locus emendatus. Cap. 23
- Arnobius emendatus & illustratus. Cap. 24
- Orphei versus duobus locis in Gregorij Cedreni Ab-
nalibus nitori suo restituti. Cap. 25

T H E O

THEODORI CANTERI
VARIARVM LECTIIONVM
LIBER PRIMVS.

De Musarum origine, deque ea Arnobij
locus restitutus.

CAP. I.



*V*M praclare & sapienter à So-
phocle referente Plutarcho dictū est,
Ἔργου δὲ παντὸς ἡν τις ἀρχήται
καλῶς (ἔχει.
καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς εἶδ' εἶτας

nil prius, aut antiquius habui, quam à præclara
ac illustri materia, ac digno vindice nodo, incipere,
atq. adeò scribendi initium facere. Quare circums-
picienti vnde potissimum, incipiendum exordien-
dum foret: commodè sese mihi obtulit historia qua-
dam, fabulosa illa quidem, sed nihilominus antiqua,
& à paucissimis litteris mandata, in qua de Musis
& Musarum origine agitur. quam si hoc loco in me-
dium adduxero, & mendis turpissimis, quibus
tandem rubigine ac fuligine quadam, obsita atque
obsessa est, ut vix inde commodè aliquis sensus elici
possit, liberando, splendidiorē ac illustriorem reddi-
dero, præclarū satis opinor initium habiturus sum.
Accingar itaque ego, & quoad fieri potest, difficul-
tatem omnem solvam ac diluam, quòd si in re ob-
scurissima,

A S scurissima,

scurissima, fallar opinione, conatus tamen in parte
 laudis ponetur. Itaque Arnobius diligentissimus an-
 tiquitatis rimator, libro contra gentes quarto, sic
 inquit: Nunquid cupidinis atq. auaritie causa
 (sicut ait Bæotius Pindarus) Aesculapium fulmine
 transfixum esse telo? Nunquid Apollinem dicitur
 factū, eos ipsos reges, quorum gazis fuerat locupletatus
 & donis, ambiguitate sefellisse responsi? Nun-
 quid furem Mercurium publicauimus? Num nos
 lauernam, atque cum hoc simul fraudibus proficere
 furtiuus? Nunquid ex nobis Myrtilus est auctor, qui
 Macari filias, Megalconis ancillulas proficetur
 se Musas? Ego hunc locum in omnibus libris de-
 prauatum, duarum litterarum duntaxat, in duobus
 vocibus, immutatione emendauit: ut, cum hæc
 legeretur qui Macari filias Megalconis, &c. ego qui
 Macari filia Megalconis, restitua: coniectura mea
 compluribus viris doctissimis approbantibus. Quo-
 rum verborum atque adeo cuius totius loci, hic oritur
 hæcq. sententia est, Myrtilum profiteri Musas
 ancillulas Megalconis, qua Megaclo fuit filia Ma-
 cari. Ne videar autem temerè aliquid mutare,
 Elionis meæ rationem subiiciam. Clemens itaque
 in Protreptico suo ad Gentes, hanc historiam plu-
 ribus verbis prosequens, sic inquit: Ταὺ δὲ Μουσῶν
 αἰς Ἀλεξανδρῶν, Διὸς καὶ Μνημοσύνης ἑρμηνεύει, καὶ
 οἱ λοιποὶ ποιηταὶ, καὶ συγγραφεῖς ἐπιθετοῦσι τῶν
 σέβασιν. ἤδη δὲ καὶ ὅλας τὰς μούσας μὲν καὶ
 αὐτῶν

Ant. Mu
 varia Lect
 LIII
 28

αὐταῖς μούσαις, ἕσας θεραπαινίδας ταύτας, ἐώνη-
 ται Μεγακλῶ ἢ θυγατὴρ Μάκαρος· ὁ δὲ Μάκαρ
 Λεσβίων μὲν ἑβασίλδων. διαφέρετο δὲ ἀφ' ὧν τῶν
 ἡμιῶν ἠγανάκτης δὲ ἡ Μεγακλῶ ἑστ' ἡ μηδός.
 εἰ δ' οὐκ ἔμελλε. καὶ μούσας θεραπαινίδας ταύ-
 τας, τοσαύτας τ' ἀριθμὸν ὠνεῖται, καὶ καλεῖ μούσας,
 καὶ τῶν δ' ἕλεκτον τῶν Λιγυρίων. ταύτας ἐδιδάξατο
 ἑὸν καὶ κινθαιζέειν τὰς ποσάξεις τὰς παλαιὰς ἐμ-
 μελῶς· αἱ δὲ, σιωπῆς κινθαιζέειν, καὶ καλῶς κα-
 παδάσσειν, τ' μάκαρα ἐδελχον, καὶ κατ' ἐταυρον ἡς
 ὄργης, οἳ δὴ χάριν ἡ Μεγακλῶ, χάρις ἡριον αὐταῖς
 ἑστ' ἡ μηδός, ἀνέθηκε σήλας χαλκᾶς, καὶ ἀνά
 πάντα ἐκέλευσε πηᾶσθαι τὰ ἱερά· καὶ μὲν μούσας,
 παῖδες ἡ δὲ ἰσορία ὧν μυσίλω τῶν Λεσβίων.

Aristotelis locus contra quorundam neoteri-
 corum interpretū opinionem illustratus.

CAP. II.

Dvobvs ab hinc annis, plus aut minus, cum
 Lutetia Parisiorū agens Dionysium Lambinū virū
 doctissimū, & linguae Graecae professorem regium,
 Ethicorū libros Aristotelis, magno cum plausu &
 frequenti auditorio interpretantē audirem, memini
 me illum cum ad hūc Aristotelis locū ventū esset, qui
 est lib. 6. cap. 6. Εἶδος μὲν οὐδ' ἂν εἴη γνώσεως ὡς
 τὸ αὐτὸν εἶδέναι, ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν. καὶ δοκεῖ
 ὅτι τὰ ποσάξεις αὐτὸν εἶδως & διακρίβων, φρόνιμος εἶναι· οἱ
 δὲ πολυτικοὶ πολυποσάξοντες. διὸ καὶ Εὐεπίδης,
 Πῶς

Πῶς δ' ἂν φεγούλω ὡ παρὼ ἀπαργύνας
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠελθμηνδύω σεγῆ,
Ἰφῶν μεταχέιν.

Τοὺς γὰρ φεγούους ἢ τί φεγούοντας πλέον
audire dicere, post hac verba, καὶ τί φεγούοντας
πλέον, aliquid desiderari, idcirco textui addendum
Ζῆς μουεῖ, quod ipsum ἔστ' translatio eius sicut
statutur, qua sic habet:

Præstantiores namque ἔσ' εἰς qui pluribus
se rebus applicant, malè odit Iupiter.

Sed ut dicam quod sentiam, illos longè magis
Iupiter, qui quiduis detrahere ἔσ' addere antiq̃
ἔσ' classicis scriptoribus audent, ἔσ' falsa pro
nobis obtrudere, quàm eos qui pluribus se rebus ap-
plicat. Ut enim omittā Aristotelis hoc pacto senten-
tiam inuerti, quid Euripides dicit, qui nunquā
quippiam se vel somniasse fatebitur, ἔσ' ut uno ve-
bo dicam, nihil tam contrarium, nihil tam pugnant
Euripidis sensui excogitari potest, quàm quod
ab homine aliqui extra controuersiam docēt
excogitatum est. Euripides enim diceret se hoc
ἔσ' scripsisse:

Τοὺς γὰρ φεγούους καὶ π φεγούοντας πλέον

Τιμῶνδρ, ἀνδρῶς τ' ἐν πόλῃ νομίζομεν. ut
apud Stobæum citatum inuenimus. Et si quis
Stobæo fidem nō habeat, ut pote in quo multa confusa
ἔσ' mixta sint, quiq̃ hos Menandro tribuit
saltem Dioni Chrysostomo fidem non derogabit.

Ant. Mus
Varia Lect
LIII
28

hunc locum sic per paraphrasim est amulatus, in Philo-
 loctete suo. Καί τοι ποία τίς ἢ τοιαύτη σοφία καὶ
 φρόνησις, δι' ἧς τὸ ἀναγκάζει πλείω τῶν ἐλλείμων
 ποιεῖν, ὡς τῆ κοινῆς σωτηρίας καὶ νίκης. ἔξον ἕνα
 δουλοῦντα τῶν πλείστοις, μηδενὸς ἑλαττοῦ ἐν τοῖσις
 ἔχον τ' ἀείρων. ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν δορεῖν ἔπειτα
 μεγαλόφρονα καὶ φιλότιμον· ὅπου οὐ, ὅς ἀνὴρ πέ-
 φουε. τοῖς γὰρ φανεροῖς, καὶ πλείονων ἀποτεροῦ τολ-
 μούτας, σχεδὸν τοῖσις ἀπαντας θυμιάζομεν, καὶ
 πᾶσι ἀνδρας ἡγούμεθα. *Sunt autem hi versus ab
 Nysse & non à Philoetete, ut existimat Donatus
 Acciaiolus, prolati, cuius hac sunt verba ad hunc
 Aristotelis locum. Et ad hanc vulgi opinionem
 probandam adfert auctoritatem Euripidis, qui in-
 ducit Philoetetem quendam respondentem cuidam
 qui cum interrogabat, quo nam pacto fuisset de-
 ceptus à Pyrrho cum esset prudens: & Philoetetes
 respondet, quonam modo ego sum prudens: cum
 mihi liceret. Esse autem hoc totum falsum & com-
 mentitium, vel unius Dionis Chrysostomi testimo-
 nio facile pervincam. Qui in oratione quadam qua
 inscribitur: Περὶ Λιχύλας καὶ Σοφουλέως καὶ Εὐ-
 ριπίδου, ἢ περὶ τῶν Φιλοκλήτου τόξων: sic inquit,
 ἔπειτα τῶν Εὐριπίδου σὺνέσις καὶ περὶ πάντα ὀπιμελεῖα
 ἄστε μήτε ἀποθανόν τι καὶ παρημελημένον εἶσαι·
 μήτε ἀπλῶς τοῖς πραγμάσι χεῖρα, ἀλλὰ μὲν πᾶ-
 σις ἐν πᾶσι εἰπεῖν δυναμῶς, ὡς ἀντίς εὐφός ἔστι
 τῶν Λιχύλας πολιτικωτάτη καὶ ῥητορικωτάτη ἔστι.
 καὶ τοῖς*

καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι πλείους ὠφέλῃαν ὡφελῆσαν
 δυναμῆν. ὁμοῦς γοῦν πεποῖν) ὡελογιζῶν
 Οδυσσεύς. καὶ ἄλλα τί ἐνδυμήματα πολιτικά
 φων ἐν ἑαυτῷ. καὶ ὡφῶτόν γε διαπορῶν ἑαυτῷ
 μὴ ἄρα δοκεῖ μὲν τοῖς πολλοῖς σοφός τις εἶναι καὶ
 φέρον τὴν σωῖσιν. ἢ δὲ τὸναντίον, ὅστις γὰρ
 ἀλύπως καὶ ἀπεργμόνως ζῶ. ὁ δὲ, ἐκείνῳ
 ὡεργμασι καὶ κινδύοις γίνεται. τούτου δὲ
 αἶπον εἶναι, ἢ τὸν ὄφουδν καὶ γυγαίων ἀνδρῶν
 μέν. ὅστις γὰρ ἀγαθῆς ἐφιέμενοι, καὶ τὸν ὄφουδν
 ὡεργμῶν ἀνδρῶν εἶναι, μεγίστου καὶ γοῦν
 ποτάτοις ἐκόντες ὄφουδν ὑφίσταν). οὐδὲν γὰρ
 γαῦρον ὡς ἀνὴρ ὄφουδν. *Idem etiam testatur
 phoclis Scholiastes in initio Philoctetes, cum inquit
 καὶ ὡεργμῶν τούτω ὡελογιζῶν ὁ Οδυσσεύς, καὶ
 καὶ παρ' Εὐριπίδην. ἐκείνο μὲν τὸν διαφῆρῶν παρ' ἑαυτῷ
 ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Οδυσσεὶ περὶ τῶν
 εἶδ' δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων, ὅστις τῶν
 πάντα οἰκονομεῖ. Sed iam ad Aristotelem reverti-
 mur. Ille itaque volens ostendere differentiam
 qui in se est prudens, & qui civilis, unicuique
 rum, inquit, & cognitionem esse & prudentiam
 sed habere non parvam inter se diuersitatem, in
 genere fortasse eadem sint, adeo ut qui sua ipsius
 na cognoscit, in ipsisq. versatur, prudens, civilis
 tem non prudens, sed negotiosus & curiosus esse
 deatur, quippe qui ea que aliena sunt, prae
 suam utilitatem, inquit. Et ad hoc magis con-
 mationem*

Ant. M.
 varia Lect.
 LIII
 28

mandū hos Euripidis versus adducit, ex Philoctete, in quibus Vlysses dicit se minimè esse sapientē, ut potest non sua tantum curantem, cum tamen hoc illi diceret, sed potius contrarium, id est, civilem & curiosum. Vltimus autem versus, qui est

Τὸς δὲ θεῶν οὐκ αἰεὶ πρὸς ἀστυχίας πλάσσει,
ad Aristotelis sententiam confirmandam nihil facit, idcircoq; etiam imperfectum idum reliquisse videri potest.

Porro Quirites quid significet. deque eo Donatus in Terentiū emendatus. item Apulei locus quidam ex libro de Mundo notori suo restitutus.

CAP. III.

ELEGANTI admodum & peruenusta loquendi formula usos fuisse veteres, cum in extrema calamitate constituti populi opem & auxilium implorare vellent: (quemadmodum illa mulier apud Comicū, Adeste populares, ferte auxilium, inopi subuenite) ut clamarent Porro Quirites; doctissimè ab Adriano Turnebo memoria proditum est, quod ipsum nos tribus insuper adductis locis, ex antiquis scriptoribus confirmare conabimur. Primum itaq; Apuleius nō cōtemnendus antiquitatis auctor, lib. 8. de Asino aureo: Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, Porro Quirites, proclamare gestiui, sed

sed viduatum ceteris syllabis & litteris, ubi tunc
 interpretis ignorans quid esset, Porro Quirites,
 quit, lego Proh Quirites, ut sit vox exclamatio
 Quirites, sicut dicitur, Proh Iupiter, vel
 emenda O Quirites, subsequitur enim audire
 O tantum. Hac ille. Secundo in Mimis Laberius
 hoc modo:

Porro Quirites libertatem amisimus.

Ad extremum reperitur hac loquendi forma
 etiam apud Donatum interpretem Terentij (sicut
 nisi ex coniectura) in Andria Act. 3. Seneca
 Porro] in futurum, deinceps, temporis Adversum
 vel adhortantis, ut Porro Q. Q. que, ubi non
 bitem legendum pro primo Q. Quirites, in
 doctiores, & simul excogitent & exquirant
 sequens Q. sibi velit. Postquam paulo ante
 Apulei mentionem incidimus, eius etiam locum
 dam ex libro de Mundo emendare conabimur.
 lei verba hac sunt: In Occidentis plagas scaturien-
 nes quasdam & proluuiones easdem strages
 derunt: sic ex Aetnae verticibus quondam
 sis crateribus diuino modo per decliua curru-
 vice flammaram flumina cucurrerunt, in quo-
 riculi vertice egregium pietatis meritum fuisse
 gnouimus. Quo in loco libenter sic legerim, per
 cliuia, torrentis vice flammaram flumina,
 melius, & concinnius, atq. ita etiam scripsisse
 leium non est dubium, cum apud Aristotelem

Ant. M.
 Var. Lect.
 LIII
 23

hunc librum magna ex parte est mutuatus) in libro
de Mundo sic legatur. Eius verba haec sunt : αἱ δὲ
θεοὶ ἐπέεσσι ἐν γῆς ἀναβλύσασσι, καὶ ἐν θυσι-
σάται, καθάπερ ἦσθ' ἐν αἰτνῇ κρατήεσσιν ἀναρράχου-
των, καὶ ἀνά τιν' ἑσθ' ἀνδρῶν χεῖμα ῥέει δίκλιν.

Theophili ad Autolyicum locus restitutus.

CAP. IIII.

THEOPHILVS Antiochenſis tres ſcripſit
libros ad Autolyicum, multa & varia eruditione
reſertos, quibus illum ab idololatrica & Ethnica
ſuperſtitione ad veram & ſinceram Dei religio-
nem .i. Chriſtianiſmum deducere & conuertere
conatur. in quorum ſecundo macula non leuis ha-
ctenus inſedit, quam iam nos partim cōiectura, par-
tim ope manuſcripti & antiqui codicis, eluere co-
nabimur. Itaque Theophilus volens oſtendere eos
qui mala ac ſcelerata facerent ac perpetrarent, malè
etiam tandem puniri; cumq; ea de re multos poeta-
rum verſus adduxiſſet, tandem & ſic inquit: καὶ
ἐπὶ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐφορεῖ, καὶ ἐδ' ἐν αὐτὸν λαμβάνει,
καὶ ἐξ ἑσθ' αὐμοσ δ' ἐὼν ἀνέχεσθ' ἕως ἕ μέλλει κείναι, καὶ
ἐπὶ τούτῃ Διόνυσος εἶρηκεν.

Ὁ δ' εἰς οὐφθαλμὸς ὡς δι' ἡδύχου

Ἀδύσων ὀρθώπω πάντος ὁμόσται εἰ βλέπει.

Quos verſus ſic tranſtulit interpres: Iuſtitia ocu-
lus placida forma veniens, ut fax ſplendens, quàm
B proximi-

Ant. Mio
Varia Lect
LIII
28

18 VARIARVM LECT.
proximè accedet, ut videat. Quis nō videt morā
& hoc quidem grauisimū his versibus subesse
seruata antiqua lectione, nullum commodū
indē elicere poterimus. Nos itaq. hunc locum sic
tori suo restituendū putamus, ut pro πάντες
εὐλέπης legamus, -- πάνθ' ὁμοῦς αἰεὶ βλέπης.
iam non videt hanc lectionem longè esse meliō
concinniorem, imò etiā necessariam. &
credo sana mentis huic nostra emendationi
gabitur.

Tertulliani loca duo illustrata.
CAP. V.

TERTULLIANVS antiquus & eruditus
cum primis Theologus, in lib. De cultu feminarum
inquit: Quāquam & aurū ipsum, cuius vos gloriari
occupat, quidā genti ad vincula seruire referunt
lib. litera. & in lib. De habitu muliebri: Apud
barbaros quosdā, quibus vermiculū est aurum &
sum, auro vinclos in ergastulis habent, & diuites
malos onerāt, tanto locupletiores, quāto nocētiores.
Ad quem locū sic interpretis: Apud barbaros illi
uita prēmīū sunt improbitatis, ut quāto quisq.
sceleratissimus, tāto sit omniū ditissimus. Apud
autē populos hęc sit cōsuetudo, nō dicit Tertullianus
nec eius interpretis. Sciendū itaq. apud Aethiopes
morē esse, idq. cū multis testibus probare posse
atq. item altero contentus ero. Quorum primus
Plutarchus, qui sic inquit in Erotico: Κάτι ποσειδωνίου
2807

χρυταῖς ὡσπερ ἐν αἰθιοπία πέδαις δ' ἐδέθη βέλπιον,
 ἢ πλάτω γυναικός. *Et Dion Chrysostomus in ora-
 tione περὶ πλάτης, cum inquit: εἰ δ' ὠφέλη τὸ κεκτῆδες
 χρυσίον, εἰδέν ἐκώλυεν Αἰθιοπας τοῖς ἀνω μακαριω-
 ταταῖς εἶναι δοκεῖν. ὅπερ τὸ χρυσίον ἀπρότερον, ἢ παρ
 ἡμῖν ὁ μόλυβδος, καὶ φασὶν ἀντίθι τοῖς κακέρους ἐν
 παλαιαῖς δεδέθη πέδαις, ἀλλ' εἰδέν ἦτον εἰσι δεσμῶν
 καὶ πονηροῖ, καὶ ἀδικοῖ τὸ δὲ μακαρίζον τοῖς πλεονεξίαις,
 καὶ πολλὰ χρήματα ἔχοντας, τὰ δὲ ἄλλα μηδὲν δε-
 φέροντας τὸ πᾶν φαύλων, ὁμοιον εἶπε τοῖς ἐκεί δεσ-
 μῶτας φοροῖόντας ἰδὼν ἐκ τ' εἰρηκτῆς ἐξήλε, καὶ πάντων
 δόδαυμονέστατον ἔκρινε τ' ἔχοντα τὰς μέλεις ἀέδα.
*Et quia iam in Tertulliani mentione incidi, non possum
 quin et alium eiusdem auctoris locum illustrare, praesertim
 cum et hic ex Graecorum fontibus manarit. In libro
 itaq. De anima, ubi de Hegemonico, an sit et ubi sit,
 disputat, sic inquit: Nec in superciliorum meditullio, ut
 Strato Physicus, nec in tota lorica pectoris, ut Epicu-
 rus, sed quod et Aegyptij renunciauerunt ei, qui diui-
 narum commentatores videbantur, et ille versus Orphici
 vel Empedoclis: Namq. hominis sanguis circūcor-
 dialis est sensus. Etiam Protagoras, etiam Apollodorus
 et Chrysippus haec sapient. haec ille. Cum autem Em-
 pedoclis scripta iam vetustate et hominum negligentia
 perierint, non iniucundum fore ardeor, si Graecum eius
 versum, quo hanc sententiam expressit, apposuerim,
 inuentum a me apud Etymologici auctorem. Ver-
 sus Empedoclis ibi sic legitur:**

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιον ἔστι νόημα.
 Postea autem quam in hunc Etymologici loci citatam
 deram, inueni integrum Empedoclis locum citatum
 à Porphyrio in libro De Styge, qui adducitur à Sto-
 bæo in Physicis.

Αἷματος ἐν πελάγεσσι τετραμύδου ἀνθρώπων

Τῆτε νόημα μάλιστα κηλήσκει ἀνθρώπων.

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιον ἔστι νόημα.

Huius Empedoclis opinionis meminit & Cicero
 Tusculanis, cum inquit: Empedocles animam
 censet cordi circumfusum sanguinem. Et eodem
 libro: Horum igitur aliquid animus, ne tam
 mens, aut in corde cerebròve, aut in Empedocle
 sanguine demersa iaceat.

Diogenis Laertij locus vnus, & item alius
 examinatus & emendatus.

CAP. VI.

NON possum quin & Laertij locum aliquem
 in medium proferam, in quo emendando multi
 gni nominis viri, frustra (quod tamen pace illorum
 dixerim) desudarunt. Verba Laertij in vita Hippiæ
 parchia hæc sunt: ἀλλ' ἔτε κητεπλάγη ἰπαρχίας
 ἔτε διετέλαχθη ὡς γυνή, ἀλλὰ καὶ εἰπὼς τοῦ
 αὐτῆ τὶς τὰς παρ' ἰσοῖς ἐκλιπείσα κερκίδα.
 Hoc in loco magnopere, ut dixi, desudarunt docti
 nec veram illius loci lectionem inuenire potuerunt.

Ant. M. u.
 varia Lect.
 LIII
 25

quidam enim volunt legere τίνι, quidam τήνι, quidam τίνι, alij γωνή, nullus bene, nec quisquam eorū ad rectum scopum collimare potuit. Quia autem videor mihi veram huius loci lectiōnem inuenisse ex vestigijs antiqui codicis, quæ protulit vir doctissimus bened. de litteris meritis Ioannes Sambucus, margini addens αὐτησιν τας sine accentibus, nolo tam celare, sed omnibus patefacere. Quare sic legendum puto, ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, αὐτῆσιν

ἢ τας παρ' ἰσοῖς ἐκλιπῶσα κερκίδας.
Et est versus Euripidis in Bacchis, ubi sic loquitur nuncius,

Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεςί σοι,
Πάντων ἀείσας θυγατέρας ἀείρω μακρῶ,
Θήτων, ἀπάσας εἶπον. Ἰζόχως δ' ἐμέ,
ἢ τας παρ' ἰσοῖς ἐκλιπῶσα κερκίδας,
Εἰς μείζον ἢ κω θεῶν ἀγρόβω χροῖν.

Atque hanc nostram cōiecturam comprobat etiam Suidas in dictione Διόδωρος, cum inter cetera sic inquit: ὁμοῦ εἶπε θεὸς ἰπωρχίαν τὴν γυναικῶν κερκίδας αὐτῆσιν ἢ τας θεὸς ἰσοῦς ἐκλιπῶσα κερκίδας, καὶ Ἰβῶνα φροεῖσα. Apud eundem Laertium in vita Arcesilai citantur hi duo Timonis versus:

τῆ δ' ἔχον μὲν δῆμος ὑπὸ σέρροισι μόλυβδον
θεῶν, ἢ Πυρρῶνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ Διόδωρον.
Quo in versu illud θεῶν ται mendosum esse opinor,
alibi autem apud Eusebium, ubi etiam hi versus

B 3 citantur,

citantur, pro Δήσῃ, legitur Δόσῃ, nec hoc bene
sed inde colligo rectissime hinc legi posse, Δόσῃ, ut
est, mentitur, & imitatur Pyrrhonem & Diocletem
Idem in vita Pyrrhonis hos versus nomine Euri-
pidis in medium adducit:

Τί δ' ἦτα τούτοις τοῖς ταλαιπώροισι Φεγεῖν
Βεγτοῖς λέγουσι; ἔ γδ' Ἰζηρτήμεθα,
Δρῶ μὲν τοιαῦτ' ἀν' εὐχῆ τυχαῖης Δέλων.
Quos hoc παρὰ τοῦ ἐπιτηνέδος cepit Henricus Ste-
phanus:

Τί δ' ἦτα τούτοις τοῖς ταλαιπώροισι Φεγεῖν
Βεγτοῖς λέγουσι; σοῦ γδ' Ἰζηρτήμεθα
Δρῶ μὲν τε τοιαῦτ' ἀ' σὺ γέ τυχαῖης Δέλων.
Ego autem (quod pace tanti viri dixerim) sic eos
apud Euripidem leguntur, (quod ipse ignorasse vi-
detur) legendum existimo. Apud illum itaque in
Supplicibus hoc modo leguntur.

ὦ Ζεῦ, τί δ' ἦτα τοῖς ταλαιπώροισι Βεγτοῖς
Φεγεῖν λέγουσι; σοῦ γδ' Ἰζηρτήμεθα
Δρῶ μὲν τε τοιαῦτ'. ἀν' σὺ τυχαῖης Δέλων.

In Minutio Felice menda quædam sublata

CAP. VII.

MINUTIVS Felix in Dialogo, qui Otho-
uius inscribitur, de Dei summa potentia agens, in-
ter cætera sic inquit: Hic nec videri potest, visu cla-
rior est, nec comprehendendi potest, nec aestimari sen-
sus

Ant. Minu
Varia Lect
LIII
25

sibus maior est. Hic aliquid, post illa verba, Nec
 comprehendere potest, desiderari, quilibet facile potest
 comprehendere. Nos itaque hunc locum sic legen-
 dum putamus, ut in antiquo manu exarato codice
 scriptum inuenimus. Nec comprehendere potest, tactu
 purior est, nec aestimari, sensibus maior est. Et alio
 loco de Daemonibus agens: Sic à calo deorsum gra-
 uant, & à Deo vero ad materias auocant, vitam
 turbant, omnes inquietant, irrepentes etiam corpo-
 ribus occultè ut spiritus &c. In manuscripto codice
 cuius modo memini, legitur pro, omnes inquietant,
 somnos inquietant, & rectius quidem, meo iudicio.
 Et alio loco infra De suppliciis Christianorum dis-
 crens, inquit: Et quor ex nostris non dexteram so-
 lum, sed totum corpus vri, cremari, sine ullis eu-
 latibus pertulerunt: cum dimitti præsertim haberet
 in sua potestate. Viros cum Mutio, vel cum Aquilio
 aut Regulo comparo &c. Hoc loco Franciscus Bal-
 duinus Iurecons. doctissimus pro, cum Aquilio aut
 Regulo, legit, inq. contextum admisit, cum Atilio Re-
 gulo. Sed hac in parte illi (quod tamè pace tanti viri
 dixerim) non assentior. Ego enim vulgatam & rece-
 ptam lectionem retinendam esse censeo. nec causam
 video, quare reijci debeat. Aquilij enim etiam me-
 minit Arnobius libro primo, hoc modo: Innumera-
 biles alij gloria & virtute, & existimatione pollen-
 tes, acerbissimarum mortium experti sunt formas,
 ut Aquilius, Trebonius, Regulus, &c.

CAP. VIII.

NON possum præterire, quin & Athenæo
nunc in medium vocem, inq; eo locum quendam
tulum, insigniterq; deturpatum, ope manuscripto
dicis, nitori ac integritati suæ restituam. Athenæo
autem verba libro 9. circa initium ferè, hæc sunt
Σιωπῶντος οὐκ ἐπὶ τῷ Οὐλπανῆ, ἀλλὰ ἐπὶ τῷ
Λεωνίδῃ, εἶπεν εἰμι δίκαιος πῶς ἢ δὴ πιστοῦται

Πολλοῖς δ' ἀνπλέγειν + + +
+ + + οὐκ ἐπὶ τῷ ἐδέλφ

Καὶ πρὸς μὲν τούτοις ἀρκεῖ λόγος εἰς ὃ παλαιῶν
Σοὶ μὲν τοιαῦτα δοκοῦντα πικρῶς, ἐμοὶ τὰ
πρὸς ξυμπετόντων δ' ἂν τις πείσῃ τεράστια λέγων ἔτι.

Οἷον καὶ ῥάσις εἰς ἰδιδασκαλίας.

In veteri manuscripto codice hic locus longè aliter
legitur, sed mendosè tamen, hoc pacto, πολλοῖς δ'
ἀνπλέγειν καὶ τὸ πᾶν, ἐν τῷ ἔδῳ, πᾶσι πάντων
μοίως, ὀρθῶς ἀνπλέγειν οὐκ ἐπὶ τῷ ἐδέλφ. Nos au-
tem ex vestigiis antiquæ scripturæ hunc locum
restituendum ac emendandum putamus:

Πολλοῖς δ' ἀνπλέγειν (καὶ τὸ πᾶν) ἐπὶ
πᾶσι πάντων ὁμοίως,
ὀρθῶς ἀνπλέγειν, ἐπὶ τῷ ἐδέλφ.

Esse autem hos versus Eueni Parij, vel ex ipso Athe-
næo satis constabit, si quis singula diligenter inter
se conferat. is enim libro decimo hunc quartum
versum

Ant. Mica
Varia Lect
LIII
25

versum ex Eueno citat, hoc modo, licet paulo aliter
ibi legatur, Ἀκούσε) γὰρ καὶ τὸ δέξιον

Σοὶ μὲν τὰδε δοκουῦν ἔστιν, ἀλλ' ἐμοὶ τὰδε.

Priores quatuor versus Eueni, quod prope modum
preterieram, citantur etiam à Stobæo, sed apud il-
lum paulo melius ac emendatius leguntur, hoc modo:

Πολλοῖς ἀντιλέγην μὲν ἔδος αἰεὶ παντὸς ὁμοίως
ὁρθῶς δ' ἀντιλέγην ἐπέπτετ' ἐνέθει.

καὶ αἰεὶ μὲν τοῖσι ἀρεῖ λόγος ὡς ὁ παλαιός,

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκουῦν ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τὰδε.

Plauti locus correctus in Milite glorioso, &
alter in Bacchidibus illustratus.

CAP. IX.

NON est quod quisquam nobis vitio vertat si
Plautino loco à multis præclaris viris in Dubiū no-
tato, nostram etiam de eo sententiam ac opinionem
adduxerimus, in mediumq; protulerimus. Plauti
locus est in Milite glorioso, ubi vulgò sic legitur.

Nam ego hanc macharam mihi consolari volo

Ne lamentetur, nève animum despondeat,

Quia se iam pridem feriatam gestitem.

Qua misera gestis fractum facere ex hostibus.

Cum hoc, fractum facere, corruptum esse videret
vir doctissimus Ioachimus Camerarius, cui certè
plurimum debent Plautina lingua studiosi, censuit
legendum, fratrem facere, huiusq; lectionis hanc
reddidit rationē, cum inquit; Gloriosè nugatur miles,

B s ensem

ensem suum gestire cruentari in hostibus, id est, sanguineum sine *ὄναι* non habere hostem. Dicunt autem fratres proprie consanguinei, etsi aliter quoque propinquorum est appellatio haec, ut populi in Pænulo. Haec ille. Quae certe lectio ab eo doctissimo non probatur, neq. etiam nobis. Muretus autem pro, fractum, putavit legendū, factum, atque ea voce (inquit) farcimen, ut Isicium, ut genus aliquid crediderim indicari, ut quomodo les, cibi & carnibus minutissime dissectis confici solent, diceretur machera gestire hostes ita minutim concidere, ut ex eis farcimen fieri posset, si quid mihi post tantos viros loci relictum, aliquid etiam quod non omnino abs re esset, afferrent. Non ita lego cum Camerario, fratrem, neque cum Mureto, factum equamvis prior propius ad veram lectionem, alter ad verum sensum accessit: sed lego, et stigiis antiquis inhaerens, fratrem facere, accipit in ea significatione, qua Muretus, factum facit. Huius vocabuli in eadem significatione meminit Arnobius libro septimo. In hoc enim diutius loci huic causae vel maxime necessario immoramur, consistimus, inhaeremus: cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libis, quid diuiculis cum fratribus, confectionis iure multiplici, atque impensarum varietate conditis. Et quia iam Plauti mentionem incidi, non possum mihi temperare, quin versum quendam, quem ille integravit

Ant. Muretus
Varia Lect.
LIII
28

de Græcorum Comicorum principe Menandro ha-
sit, ex ipsius Bacchidibus proferam. Illic autem Ni-
colobus sic ad Chrysalum loquitur:

NIC. Responde quis te vendidit? CHR. Quem
di diligunt

Moritur iuuenis. &c.

Quo loco

Plantus hunc Menandri versum à multis antiquis
philosophis usurpatum, est emulatus.

ὅς οἱ θεοὶ φίλος, ἀποθνήσκει νέος.

In Dione Chrysofostomo lacuna suppleta, &
alter locus emendatus.

CAP. X.

DION Chrysofostomus Rhetor præstantissimus,
oratione tertia de Regno, volens ostendere, quàm
magnum & pestiferum sit malum adulationis, in-
quit: Πασάν γὰρ ὡς ἐπεὶ εἰπεῖν, ἢ κακίων, ἀχί-
σιω ἂν εὐρεῖ τις τὴν κολακείαν. περὶ τὸν μὲν γὰρ
τὴν κάλλιστον καὶ δικαιοτάτην διαφθείρει τὸν ἔπαυον,
ὅς μὴ κέει δοκεῖν πιστὸν μὴ δὲ ἀληθὲς γνώμε-
ναι, ἢ τὸ γὰρ πάντων δεινότερον τὰ τῆς ἀρετῆς
ἐπιβλά, τῇ κακίᾳ διδοῦσι. ὅς πολλὸν χεῖρον
δοῦσι ἢ διαφθείρουσιν τὸ νόμισμα, οἱ δὲ τὴν
ἀρετὴν ἀπιστοὶ ἐργαζόμενοι. Quo in loco ali-
quid subsultare ac deesse, quis est (si quis locum
penitus introspiciat) qui nesciat. Ego ita-
que hunc locum sic restituendum ac supple-
ndum puto, ut in antiquo codice scriptum repperi:

ὡς

ὥστε πολὺ χεῖρον δρῶσι τῶν δευτέρων τὸ νόμισμα. οἱ μὲν γὰρ ὑποπίτον αὐτὸ ποιεῖσιν, οἱ δὲ τὸ ἀπὸν ἐργάζονται. *ut horum posteriorum huius sensus: minus eos peccare, qui nummos adulterant, quam qui adulationibus utuntur, illi enim qui nummos adulterant, quid aliud faciunt, quam nummos suspectos reddunt: qui autem adulando alios carum laudant, faciunt virtutem fide carere. Idem in secunda oratione de Regno sic inquit: ἐπὶ δὲ οἰκιστῶν τῆς Ἰταλίας, οἷα τῶν λακωνικῶν ἐμβαπτῶν, μάλιστ' ἀρέπουσιν τῆς Λυκούργου πολιτείας ὡς τῆς ἐπιτηδὸς ἀμασίου ἐνεῖνε.*

Ἄγετ' ὦ παρτάς δ' ἀνδρῶν
 Κεῖροι περὶ πολίτην.

Λαῖα μὲν ἴτελιν περὶ βάλαντες,

Δόρο δ' ἀπόλμας βάλλοντες

Μὴ φειδόμενοι τῆς ζωῆς.

Οὐ γὰρ πάντες τὰς παρτάς. *quibus in vestibus omnino pro περὶ τὸν πατέρα legendum est, et etiam alibi scriptum inueni, et in fine legendum hoc modo:*

Οὐ γὰρ πάντες τὰς παρτάς.

Vnde Capitolium dictum sit.

CAP. XI.

HISTORICI, ut Plutarchus, Halicarnassensis, Livius, atque adeo alij qui de antiquitatibus Romanorum scripserunt, vnde Capitolium sit dictum videtur.

Ant. Mus
 Varia Lect
 LIII
 28

videntur ignorasse. Quia autem huius vocabuli
 nem solus Arnobius non videtur ignorasse,
 eius verba, ut rei tam obscura & ignota, lucem
 quandam afferre possim, in medium adducere non
 grauabor. Arnobij verba hæc sunt ex libro v. i.
 Sed quid ego hæc parua? Regnatoris in populi Capi-
 talio quis est hominum qui ignoret, Toli esse sepul-
 chorum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciât,
 et fundamentum sedibus caput haminis euolutum
 non ante plurimum temporis, aut solum partibus
 ceteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum mem-
 bris omnibus humationis officia sortitum? Quod si
 planum fieri testimoniiis postulatis auctorum, Sam-
 monicus, Granius, Valerianus vobis & Fabius in-
 dicabunt: cuius Tolu fuerit filius, gentis & natio-
 nis cuius, ut a germani seruuulo vita fuerit spoliatus
 & lumine, quid de suis commeruerit ciuibus, ut ei
 sit abnegata telluris patriæ sepultura. Condiscetis
 etiam (quamuis nolle istud publicare se fingat) quid
 in capite resecto factum, vel in parte qua curiosa
 fuerit obscuritate conclusum: ut immobilis videli-
 cet atque fixa obsignati ominis perpetuitas staret.
 Quod si opprimi pax esset, & vetustatis oblitera-
 tione celari, compositio nominis iecit in medium,
 & cum suis causis per data sibi tempora inextin-
 guibili fecit restificatione procedere: nec erubuit
 ciuitas maxima, & numinum cunctorum cultrix,
 eum vocabulum templo daret, ex Toli capite
 Capito-

Capitolium, quàm ex nomine Iouio nuncupatur.
Hec ille.

Quòd Pythagorei iis qui defecissent à philo-
sophia, cenotaphia extruebant. & ceterum
Nazianzeni locus illustratus. CAP. XII.

INTER alia præclara & singularia in
Pythagoricorū, illud notatu nō indignū mibi
est, quòd dicitur iis qui defecissent à philosophia
& qui temerè eam diuulgassent, cenotaphia
mortuorum extrusisse: quòd auctorū testimonio
confirmabo. Origenes itaq. in libro contra Celsum
sic inquit: Ceterum Pythagorei cenotaphia extru-
bant iis, qui defecissent à philosophia, reflexo
ad idioticam vitam, nec ideo deterior habitu
Pythagoras, in doctrina & demonstrationibus
eius discipuli. & Clemens libro quinto Stromateon
Φασὶ γὰρ οὐδὲν ἰσοπαροῦν τὸν Πυθαγόρειον αὐτίαν ἐπι-
τα γράψασθαι τὰ τῶν Πυθαγορέων σαφῶς, ἀλλὰ
τὸ δὲ ἀφελῆς, καὶ ἐπὶ αὐτῶν γράψασθαι
διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκρῶν καὶ ἀδύνατον
ἐπιπροσώπων τῶν δομάτων, καὶ ἀδύνατον
ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς ψυχροῖς. Atq. hæc ob causam
Hipparchus etiam grauissimè increpatur à
Pythagorico, in quadam ad eum epistola, qua
num extat, & quam hoc loco integram subi-
grauabor. Lysis Pythagoricus Hipparchus
Posteaquam ex hominum consortio Pythagoras
cessit, nunquam in animum induxi, ut discipulus

Ant. Mus
Varia Lect.
LIII
28

ram eius congregationem dispersum iri putarem. Quoniam verò præter spem, tanquam à magna nauis oneraria, in vasto pelago distracta, alius alio delati disgregatiq; sunt: pium est, me quoque diuinorum & grauissimorum eius præceptorum esse memorem, neque profanare aut communia facere sapientia dona ijs, qui ne per somnium quidem mundati sunt animis & purgati. Non enim fas est quibusue offerre quæ tantis laboribus comparata sunt. Non magis quàm auarum Eleusinarum Dearum mysteria profanis exponere. Aequè verò sunt iniusti & impij utrique, hæc qui faciunt. Par est autem reputare animo, quàm longum tempus eminentes contempserimus, depellendis maculis quæ pectoribus nostris insederat: donec quinq; superatis annis disputationum eius, sermonumq; capaces euaderemus. Quemadmodum enim tinctorum ea vestimenta, quæ tinctura accipere debet, stringendo prius expurgat, ut inelubilem tincturam imbibat, & quæ expurgari nunquam possit: ad eundem modum diuinus vir præparabat eos, qui amore philosophiæ tenerentur, ne fallerentur ab iis, quos bonos honestosq; futuros esse spem concepisset: non enim adulterinam eruditionem tractabat, nec laqueos quibus Sophistarum vulgus adolescentem implicat, nihil boni aut veri docentis: sed diuinarum humanarumq; rerum scientiam tenebat. Illi verò in prætextum adhibita eius doctrina, multa & mirabilia faciunt, irretitis non ritè ac temerè adolescentibus.

Quæ

Ant. Mue
Varia Lect
LIII
23

Quae causa est ut difficiles & impudentes
ciant suos auditores. Inculcant enim moribus
fufis & turbidis theoremata & orationes
Quemadmodum si quis in profundam puteum
ac luto plenum, infundat puram ac limp
aquam, & caenum perturbat, & aquam in
redigit: eadem etiam corum, qui sic docent
centur, est ratio. Densi enim & profundi
circa mentem & cor eorum, qui non pure
tur, impati sunt, quibus omnis mansuetudo
tio obscuratur, quantumvis in conspectu quidem
foris aucta: ac subeunt hunc cumulum omnis
ris malitiae excrescentes & impediendes, neque
nentes prospicere rationem. Nominabo autem
num matres earum recensens, intemperantiam
avaritiam. Ambae vero sunt fecundissima. Ex
temperantia igitur progerminant scelera, temer
tia, ac proditioes, & auaritates a natura
ptates, atque impetus quidam vehementiores,
mortem & precipitia impellentes. Iam enim
busdam vim etiam intulerunt libidines, ut
a matribus, neque a filiabus abstinere: &
tes legem, patrem, civitatem atque regem, &
centes cubitos quasi captivos ad extremum exitum
per vim & violentiam rapiunt. Ex avaritia
progignuntur rapina, parricidia, sacrilegia, vi
norum grassationes, & quaecumque horum sunt
finia. Oportet igitur primum sylvas, in quibus

affectus nutriuntur, igni, ferro, ac omnibus instru-
 mentis expurgare, & rationem ab his affectibus
 vindicare, ac tum demum boni aliquid inserere at-
 que tradere. Quae didicisti quidem summo studio,
 at non executus es, o praclare, postquam Siculas
 lautitias degustasti, à quibus te vinci ac superari
 non oportebat. Multi verò dicunt, publicè te etiam
 philosophari, id quod facere Pythagoras auersatus
 est, qui Damæ filiae suae propositi monumentis ac
 praeceptis, ea cuiquam extra familiam tradere ve-
 nuit. Illa verò cum multis pecuniis vendere huius-
 modi libros posset, noluit; sed egestatem ac paren-
 tis mandatum omni auro potius esse atque anti-
 pius iudicavit. Aiunt autem eandem moritu-
 ram, Bisstalia filiae suae hoc idem praeceptum dedisse.
 At nos cum simus viri, non rectè nos erga illum
 gerimus, sed conuentorum sumus transgressores.
 Si igitur mutatus fueris, gratulabor; sin minus, iam
 iam obysse mihi videberis. Hactenus ille. Quae
 curiè multum lucis allatura spero his Nazianzeni
 verbis in quadam epistola, ubi sic inquit: κοῦρον τὸ
 ταῦτα δὲ εἶπε. εἰ μὲν οὐδὲ μεταξὺ ἄλλοιο, ἀλλὰ νῦν
 χαίρομαι, τῷ Πυθαγορικῶν ἔφην τις φιλοσόφων
 ἐταίρων ἐμπειρώκοτα Ἰρλιῶν. εἰ δὲ μὴ, ἐπείνοσ
 μὲν ἔγραψε, τέθνηκας μοι. ἐγὼ δὲ τῆτο μὲν οὐκ ἐρῶ
 σὺν χαρὶν ἔπ. Alludit autem hoc loco ad finem
 Lysidis epistolae, quod miror à nemine interpretum
 obseruatum.

C

Apu-

Apulei locus in libro De dogmate Platoni
eleganti coniectura emendatus.

CAP. XIII.

LICET Apuleianam lectionē quidam magis
nominis viri tanto supercilio & fastu cōtemnunt
reiciāt, ut inutile ac infructiferam: illorū tamē
cloritas tanti apud me non est, ut hac in parte
assentiar, imò contrā omnino eius lectionē literarū
omnibus et antiquitatis studiosis utilem esse, ac
nino per necessariam, existimo. Sed quia eius libri
quā pluribus mendis (quibus obscurior multo
intricatio redditur, licet aliqui satis obscurum
intricatus per se) sunt referti, sit ut pauci eius
lectione delectentur, ex eaq; aliquē fructū haurire
sint. Monstro è autē hūc auctore depravatū esse
loco in medium pro lato, iam planū faciā, quem
ut spero, ex coniectura restituam, ut nullus dubit
turus sit, quin hunc locum genuino suo nitore
tuerim. Locus est in libro De dogmate Platoni
inter cetera sic inquit de Platone. Talis igitur
talibus Plato, non solum Heroum virtutibus pro
tit, verum etiam equiparavit diuum potestatem
Nam Spensippus domesticis instructus documentis
pueri eius in ere partiendo ingenium, & admiranda
verecundie indolem laudat, & pubescentis prom
tias labore atque amore studendi imbutas refert, &
in viro harum incrementa virtutum & cetera

Ant. Mus.
Varia Lect.
LIII
28

conuenisse testatur. Hac ille. Quo in loco quod dicit, pueri eius in arte partiendo ingenium, mendosum esse opinor. quid enim hoc sibi velit, difficile esset alicui diuinare, quandoquidem nusquam legitur de Platonis ingenio in arte partiendo. legimus quidem illum picture non aspernatum artem, ut idem paulo infra testatur, sed hoc nihil ad rem presentem. Quare ut paucis agam, sic hic locus minima mutatione est restituendus, nam Speusippus domesticis instructus documentis, pueri eius cre in partiendo ingenium, & admirande verecundia indolem laudat, &c. Quis iam non videt, hanc esse veram & apertam huius loci lectionem: qua qui dubitabit, eundem meridie dubitare aulux sit, iubebo.

Stobæus à macula vindicatus.

CAP. XIII.

STOBÆVS sermone CXIX. hos Aeschylæ versus elegantes, sed mirum in modum corruptos & deprauatos in medium adducit:

Ω θάνατε ποίαν μὲν ἀπιείας μολεῖν.

Μόρος εἰ σὺ τῆν ἀνηκέστον χακῶν ἰατρὸς,

Ἄλγος δὲ οὐδ' ἐν ἀπτε) νεκροῖς.

quos sic vertit Gesnerus:

O mors, ne queso patiar repulsam quo minus ad te veniam,

Tū sola malis incurabilibus mederis,
Et nullus dolor sequitur mortuos.

Ego primum versum ex coniectura sic restitu-
dam puto,

Ω θάνατε παιάν μὴ μ' ἀπυμάσῃς μόλειν.
Sequentes duos versus hoc pacto distinguentur.

Μόνος εἶ συ γῶ ἀνηκέστον κακῶν
Ἰαχῶς, ἄλγος δ' οὐδ' ἐν ἀπτεῖ νεκροῖς.
μόνος autē deest γῶ, vel tale quid, ut hic sit sensus.

Ο mors pean'ne ad me venire dedigneris,

Tu enim sola malis incurabilibus

Mederis: nam mortuos nulla attingit miseria.

Sic enim melius omnia coherent, & parva est mu-
tatio de ποίαν in παιάν. Simile quiddam legitur
apud Plutarchum in Consolatione ad Apollonium.

Ἰχθὺν γῶ ἀπεμμήσατο καὶ ὁ εἰπὼν.

Ω θάνατε παιάν ἰαχῶς μόλοις

Λιμῶ γῶ αἶδας ἀν' αἶαν. Videntur autem

verba esse Philoctetis mortem inuocantis, ut colli-
gere est ex Maximo Tyrio Orat. ultima. ubi sic in-
quit: ὦ πόις, ἀφίστω σε, ὁ Φιλοκτήτης λέγει.

θεοπέαφες, καὶ μὴ βόα, μηδὲ λοιδοροῦ πῆς φῶς.

τάτοις, μηδὲ ἐρόχλει τῶ λημῶν γῶ. ὦ θάνατε

παιάν. εἰ μὴ ταῦτα λέγῃς ἀλλὰ τὸ μένος κακῶν

κακοῦ, οὐκ ἔσποδ' ἔρχομαι τῆς δόχῃς. εἰ δ' ἦν γῶ

ὄντι θάνατον παιάνα εἶναι καὶ ἀπαλκτικῶν κακοῦ

καὶ ἀπλήσου καὶ νοσοροῦ θρέμματι, ἦν καλῶν

δ' ἔχῃ καὶ κάλει τ' παιάνα.

Confir-

Ant. Mu
Varia Lect
LIII
25

Confirmatum auctoritate Græci & Latini scriptoris, quod Cicero ex Chryssippo refert de Chiorum lapicidinis.

CAP. XV.

MIRVM est quod refert ex Chryssippo Cicero, in lib. 1. Diuinationum, de Chiorum lapicidinis, cum sic inquit: Furebat Carnades in Chirũ lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci. Credo aliquam non dissimilem figuram, sed ceriè non talem, ut eam factam à Scopa diceret. Hæc ille, nec mirum solum, imò etiam incredibile propemodum videretur, nisi simile ac planè idem etiam de Pariorum lapicidinis, ab aliis auctoribus, narraretur. Sed quia ea testimonia non ubique sunt obuia, ego que multa lectione obseruaui, hic subiiciam. Fuit itaque huius miraculi mentionem Origenes, in libro qui Philosophoumena inscribitur, cum inquit: Xenophanes Colophonius Orthomeni filius, omnium rerum incomprehensibilitatem esse dixit, & Solem ex paruis igniculis coaluisse, & quotidie fieri, & terram esse infinitam, & neque ab aere, neq. à celo contineri, infinitosq. Soles & Lunas ex terra fieri. Salsuginem quoque maris fieri ex mixtione terre existimauit, idq. ea ratione colligebat, quòd in medio terre & in montibus concharum testa inueniantur, & in lapicidinis, qua sunt prope Syracusas, inuenta essent aliquando piscium & phocarum figura. In Paro quoque insula lauri imago in pro-

C 3 fundis

 Nihil intactum, nihil inexplicatum relinquere ac praer-
 rere volumus. Adeo belle nobis sapere videtur, et om-
 nia scire, nihilq. ignorare, nos nec fugere. Quis
 ista? videlicet ut ostendam istius propemodum
 meritis unum extitisse, superioribus annis Sige-
 mundum Gelenium virum ceteroqui doctissimum
 fuerit enim quātuplus doctus, multis in rebus fa-
 rit oculatus & perspicax: ignoscant mihi tamen
 Gelenij manes, in hac re parum vidit, qui nobis ta-
 lem dedit Arnobium, qualem non agnosceret, apper-
 reuisceret Arnobius. Adeo singula mutavit, pe-
 uerit, corruptit, nihilq. intactum reliquit: & quod
 pessimum est, veram lectionem loco suo mouere, &
 peiorem substituere, saepe non dubitauit. & in
 totus, meo iudicio, fuit, ut sensum semper aliquem
 efficeret, de verbis nihil sollicitus. Sed quam res illa
 sit lubrica, & mali moris, omnes facile animadu-
 runt. praesertim cum nusquam ratione mutationis
 reddiderit. Non enim difficile est mutare, sed quod
 mutaueris te recte mutasse comprobare, hoc opus, hic
 labor. Induci tamen non possum virum tantum &
 tam magnae eruditionis, tam multarum linguarum
 peritum, quicquam temere, & ratione in consiliis
 non adhibita, fecisse: nisi fortasse aliud agendo huius
 auctori

Ant. Mure
 Varia Lectio
 LIII
 28

auctori operam nauarit, cum tamen hic auctor non partem hominis, nec dimidiatum, sed integrum hominem requirat. Eius autem temeritatis in credendo exemplum unum atque alterum in medium proferam, ne tam calumniandi, quam veritatis defendenda causa hac dixisse videamur, leuiq; de causa tanti viri manes lacerare. Libro enim primo aduersus Gentes Arnobius sic inquit: Desistite o resci in maledicta conuertere res t. nihil ei nocitura qui fecit, periculum allatura, sed vobis, periculum, inquam, non paruulum, sed in rebus eximiis, sed in precipuis constitutum. Siquidem res anima preciosa est, nec ipso se homini quicquam potest charius inueniri. nihil (vt memini) magicum, nihil humanum, prestigiosum aut subdolum, nihil fraudis delicti in Christo derideatis. quo in loco cum antea legeretur, nihil vt remini, i. vt vos arbitramini, ipse remini, mutauit in memini, nullo sensu, cum tamen sic legendo omnia optimè cohareant. videtur autem mihi non satis asecutus esse vim vocabuli, remini, quandoquidem etiam libro septimo illud è medio sustulerit, & quoddam suum propasuerit. Verba haec sunt: Vos pecorum sanguine, nos cadibus & maetationibus hostiarum gaudere, letari, & in gratiam cum hominibus remissis offensionibus redire opinatis: quae verba longè melius & concinnius antea legebantur, hoc pacto: & in gratiam cum hominibus remini offensionibus redire sopitis. Quis tam adeò iudicio

iudicio carens, qui haec non multo elegantiora exi-
 met. Virtus etiam idem Arnobius aliquoties
 vocabulo remini. ut lib. 4. Cum talia igitur pro-
 & flagitiosa prodigia, non in unum aliquem
 natum, sed in omnem pariter superiorem gen-
 quam esse vos remini, sine ullius exceptione
 audetis salva verecundia dicere, aut esse nos
 aut vos pios. lib. 3. Hocine est illud fastidiosum
 strum, sapientia ~~hanc~~ arrogans: qua despicitis
 rudes, & quos omnem scientiam remini rerum
 diuinarum patere. Ibidem paulo supra: Potest
 fieri, ut hi sint, quos esse non remini: & quos
 confiditis, in nulla inueniantur parte natura.
 Sin autem (ut remini) falsa est, & mendacis-
 terpolata fallacibus & c. Huius etiam temeritas
 deceptus esse videtur doctissimus vir Adrianus
 nius, quem honoris gratia nomino, qui eius au-
 ritate confusus, locum Cypriani in libro Quod
 Dij non sunt, emendare conatus est. Sed praes-
 tatus Iunij verba in medium adducere, ex lib. 1. de
 uersariorum cap. 8. ubi sic inquit: Locus est
 diuum Cyprianum libro De idolorum vanitate,
 de prestigiis & impostura demonum, qui
 veritatis prodigium seducunt, agens, ita inquit.
 Et Magis inde est ad pernitiosa vel ludicra potentia-
 tus, quorum tamen praecipuus Sosthenes, forma Dei
 veri negat conspici posse, & angelos veros, sed
 eius dicit assistere. qui locus ita est à macula vni-
 canda,

Ant. Mureti
 varia Lectio
 LIII
 28

candus, hoc pacto scribendo: Et Magis (à dæmo-
nibus videlicet) est ad pernitiōsa vel ludicra poten-
tatus, quorum tamen præcipuus Hosthanes. Quam
interpolaturam ne quis ut arrogantem damnet, aut
in culpam vocet, conuinci potest Minutij Felicis ver-
bis, eadē de re, & eadem ferme lege cadentibus, libro
aduersus Gentes vltimo. Forum, inquit, Magorum
& eloquio & negotio primus Hosthanes, & ve-
rum Deum merita maiestate prosequitur, & ange-
lus id est, ministros & nuncios Deo, seque verū, eiusq;
venerationi nouit assistere. Præclara certè hæc est
coniectura, utpote profecta à viro doctissimo, cuiq;
libenter subscribere, & manibus pedibusq;, quod
cuius, in eius sententiam descendere velim: nisi
hæc lectio repugnaret omnibus veteribus libris.
Primo quidem apud Cyprianum in omnibus editio-
nibus legitur Sosthenes; præterquam in postrema
Morelij, quem Iunij emendationem secutum esse
opinor. Certè in veteri manu exarato codice, quem
mihi Petrus Daniel vir doctissimus pariter ac hu-
manissimus vtendum dedit, expressè legitur Sosthe-
nes. Et apud Minutium, quem Iunius ad confir-
mandam suam coniecturam adducit, in codice Ro-
mano, apertè legitur Sosthenes, pro quo Gelenius
substituit Hosthanes. Adeo ni veteres inter se
consentiant, & licet difficile fortasse inuentu
sit, qualis hic Sosthenes fuerit, tamen non te-
nere est hæc lectio reijcienda. Vt ut sit, totum
hoc

hoc eruditioribus indicandum relinquo, & in
 mis doctissimo Iunio.

Notatum Henrici Stephani *μνημονία*
ἀμαρτημῶν.

CAP. XVIII.

NON mihi, ut spero, vitio vertetur, si
 leuiora quaedam, in gratiam studiosorum (non
 enim sophis hac non scribimus) atque adeo cuius
μνημονία ἀμαρτημῶν, ne alij deinceps con-
 uentis acquiescentes, decipiatur ac fallatur, hoc
 stro opusculo inserere ac inferre conati fuerim.
 Itaque vir nostri saeculi doctissimus Henricus
 phanus, qui summo iure Typographorum
 appellari potest, inter fragmenta Alcaei refert
 hunc versum:

Αἰδῶς διασαὶ εἶσιν, ἢ μὲν ἔχρη, ἢ δ' ἄχθος οἴκων.
 idq; auctoritate Plutarchi, qui tamen hoc non
 siquidem ego hunc Plutarchi locum satis intellego
 possum. Citat enim hunc versum, meo quidem
 cio, incerto, ut saepe alias, auctore. Esse autē
 vel vnus Euripides satis negabit, qui sibi huc
 apud quem in Hippolyto coronato sic legitur:

εἰσὶ δ' ἠδοῦναι πολλὰ βίαι

μακρὰ τε λέχαι καὶ χολὴ, τερπνὸν κακόν.

Αἰδῶς τε, διασαὶ δ' εἶσιν, ἢ μὲν ἔχρη

ἢ δ' ἄχθος οἴκων.

Et ut hoc etiam addam, hic versus non ita legitur

Ant. Mureti
 Variar. Lectio
 LIII
 25

quod Plutarchum, quemadmodum adducitur ab Errico Stephano, sed hoc modo:

Αἰδώς τε διασαῖ δ' εἶσω, ἢ μὲν ἔργων ἔ. c. ut apud ipsum Euripidem legitur, ut lector omnino certius sit hunc esse versum Euripidis, non Calci. Et in castigationibus suis in Maximum Tyrium ad hunc locum: τὸ ἐστὶν ἀμείλιχόν τὸ Συρακούσιον ἀντι-
 γὰρ, τοῦ ὄντος ἡρώδου, sic inquit: Vulgò hæc Heraclito adscribi solent, qui non Syracusius, sed Ephesus fuit. Hæc ille. Quo loco memori lapsus est vir doctissimus Syracusij enim enigma nuspiam, quod sciam, Heraclito, sed Epicharmo Comico, qui fuit Syracusius, adscribitur. Quod si testimoniis auctorum hoc loco mihi agendum esset, infinita adducere atque adeò referre possem, sed in re nimium manifesta, minimeq; dubia, testimoniis uti supersedo.

Lactantius tribus in locis ab eodem errore vindicatus. & alter eiusdem illustratus.

CAP. XIX.

SE D iam tempus est Lactantium etiam turpissima ac foedissima, quæ ei hætenus insedit, macula vindicare, præsertim cum iam coniecturam nostram veteres manu exarati codices confirmant ac comprobent. Itaque libro 7. cap. 16. sic inquit: Sibyllæ tamen apertè interituram esse Romam loquuntur, & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuisum,

inuisum, & inimica iustitia, alumnorum veritatem
 populum trucidavit. Hydaspes quoque, qui fuit Me-
 dorum rex antiquissimus, à quo annus quoque
 nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, admirabile
 omnium, sub interpretatione vaticinantis per
 memoriam posteris tradidit, sublatum in
 imperium, nomenq; Romanum, multo ante
 factus, quam illa Troiana gens conderetur. Et
 dem libro cap. 18. Hec ita futura esse, cum
 propheta omnes ex Dei spiritu; tum etiam vates,
 instinctu demonum cecinerunt. Hydaspes enim
 superius nominavi, descripta iniquitate seculi
 extremi, pios ac fideles à nocentibus segregatos,
 cum fletu & gemitu extensuros esse ad calum
 nus, & imprecaturos fidem Iouis. Iouem respice
 rum ad terram, & auditurum voces hominum,
 que impios extincturum &c. Et in diuinationum
 institutionum Epitome Cap. ultimo: Hec omnia
 vera; omnium consona administratione prædicitur
 cum eadem Trismegistus, eadem Hydaspes, eadem
 Sibylla cecinerint, dubitari non potest. Huiusmodi
 in locis pro Hydaspes, Hystaspes legendum, præter
 enim auctoritatem veterum codicum, etiam ex
 Lactantij verbis, satis est colligere, hunc locum
 corruptum, cum inquit: Hydaspes quoque qui fuit
 Medorum rex antiquissimus, à quo & annus nomen
 accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, si mutata litera.
 Hystaspis hoc modo etiam meminit Clemens v.

Ant. Murea
 Varia Lectio
 LIII
 28

Sromatum, cum sic inquit: Librosq; Græcos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo unum Deum significet; & ea quæ sunt futura. Et Hystaspem sumite & legite; & inuenietis Dei filium multo clarius & apertius esse scriptum, & quemadmodum aduersus Christum multi reges instituent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles, & eius tolerantiam & aduentum. Huius etiam meminit Agathias historicus lib. 2. ubi de Zoroastre agens, sic inquit: Sed huius temporis Persæ vetustos mores mutauere, alienisq; legibus utuntur ex Zoroastri Oromasdei disciplinis. Hic, inquam, Zoroastres, siue Zarades, duplici enim vocitatus est cognomine, quo tempore princeps fuerit, legesue tulerit, non satis est compertum. Nam Persæ ipsi nostri temporis, Hystaspis temporibus eum floruisse tradunt: quam ob causam res planè ambigua est, nec facile dignosci potest, an Dary pater, an alius quispiam hic fuerit Hystaspes, utcumque, hic Persarum magister, & magicæ inuentor. Hæc Agathias. Et Ammianus Marcellinus lib. XXIII. Magiam opinionum insignium auctor amplissimus Plato, Magiam esse verbo mystico docet, diuinorum corruptissimum cultum, cui scientiæ sæculis priscis multa ex Chaldeorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres: deinde Hystaspes rex prudentissimus Dary pater, qui cum superioris Indiæ secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam venerat

H

solitu-

solitūdinē, cuius tranquillis silentiis praeclara Brac-
 manorum ingenia potiuntur: eorumq; monitoria
 tiones, mundani motus & siderū, purosq; sacrosan-
 ritus, quantum colligere potuit eruditus, ex his quā
 didicit, aliqua sensibus magorum infudit: qua
 cum disciplinis praesentiendi futura per suam
 que progeniem posteris aetatibus tradunt. Ex eo
 sacula multa ad praesens una eademq; prosapia
 titudo creata deorum cultibus dedicatur. Et
 nus martyr in Apologia secunda Ἰσὶς ἡριστοῦ
 inquit: Σίβυλλα δὲ ἢ Ἰσάωρις, ἡρώσεσθαι τὸ
 τῶν ἀνάλωσιν ἴσθαι πρὸς ἑσθασιν. & alibi in eadem
 Apologia: κατὰ ἐνέργειαν δὲ τὸ Φαύλων δαυμῶν
 Δάνατος ὠρίσθηται ἢ Ἰσάωρις, ἢ Σίβυλλας,
 ἢ Ἰσθῆτος βίβλας ἀναγνωσιότων. Deq; his
 etenus: nunc ad alteram capitis partem accedamus
 locumq; aliū eiusdem auctoris illustremus. Lucianus
 tius itaque lib. I. cap. 10. de Aesculapio agens
 inquit: Aesculapius & ipse non sine flagitio
 linis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus
 gnum, nisi quod sanauit Hippolytum? mortem
 habuit clariorem, quod à Deo meruit fulminari.
 Hunc Tarquinius De illustribus viris disserens,
 incertis parentibus natum, expositum, & à ven-
 ribus inuentum, canino lacte nutritum: Chironi
 traditum, didicisse medicinam: fuisse autem Mese-
 nium, sed Epidauri moratum. Hac ille. Ad qua
 interpres multa ex diuersis, tam Graecis quam La-
 tinis

Ant. Murea
 Variar. Lectio
 LIII
 28

tinis auctoribus, in medium adfert, sed ita parum ad
 rem, ut propositi operis oblitus fuisse videatur.
 Cum enim de Aesculapio longam & prolixam vult
 texere historiam, nihil de eo dicit quod adfert La-
 ctantius ex Tarquutio, licet ille Tranquillum, nulla
 addita ratione, legat. Itaque quod nos alias apud
 Theodoretum ex Apollodoro annotavimus, huic loco
 multum lucis allaturum spero. Eius autem haec sunt
 verba: *Atque ut ad alias que transeam, testis
 est Apollodorus Aesculapium ab aliis quidem exi-
 stimatum filium Arsinoes, ab alijs vero Coronidis,
 qua clandestino violentoque Apollinis congressu praeg-
 nans effecta, editum deinde infestem exposuisse
 dicitur. Hunc vero ait Apollodorus, a venatoribus
 casu repertum, raptumque ab altricis canis uberibus,
 Chironi Centauro delatum fuisse, ibique enutritum,
 medicae arti operam impendisse, cuius in Trica, Epi-
 dauroque civitatibus experimenta prima ediderit.
 Haecenus ille. Qualis hic Tarquitijs fuerit, non-
 dum indagare potui: certum tamen est Tarquitijs
 hac ab Apollodoro mutatum esse.*

Plutarchi locus in vita Alexandri Magni
 expensus.

CAP. XX.

GRAVISSIMVS auctor Plutarchus in vi-
 ta Alexandri Magni de Gynnosophistis ab Alexan-
 dro captis, agens, praeclearam quandam narrat hi-
 storiam

storiā, quam propter elegantiam non grauius
 totam inserere. Ea autem sic se habet: Ex Gym-
 sophilus qui Sabae deficiendi auctores fuerant, et
 plurima mala Macedonibus parauerant, decem
 coepisset, qui arguti in respondendo, succinctorum
 replicanda questione essent, quaestiones eis ambigua
 proposuit: qui primus non recte dissoluit, quod
 interrogabatur, eum se reliquos ita deinceps ordine
 terfecturum, ~~minitans~~: iudiciumque, ea de re
 nat. marinus, committens. Primus plures ne
 esse an mortuos, putaret interrogatus, viuos res-
 dit: mortuos n. non amplius esse. Alter, marinus
 terra maiores aleret bestias, terra inquit: eius enim
 pars est mare. Tertius, quod animantium esset callidius-
 simū, id ait, quod ab homine nondum est cognitum.
 Quartus, qua ratione Sabae defectionem per-
 sisset, ut, inquit, aut bene viueret, aut male morer-
 tur. Quintus, diemne an noctem prius extitisse
 bitraretur: Dies, ait, vno die prior fuit, et
 rante responsionem rege, addidit, necessario quaestio-
 nibus ambiguis propositis, obscuras etiam fieri re-
 sponsiones. Sextus, qua ratione aliquis efficere posset
 ut maximè diligeretur: Si, inquit, optimus sit, pro-
 tamen terribilis. Septimus, quonam pacto aliquis
 ex homine fieri posset Deus, respondit, Si quid fa-
 ciat, quod homo facere nequeat. Octauus, mors an
 an vita sit robustior. Vita, dixit, ut que tot malis
 perferat. Vltimi, cum percunctaretur Alexander,

Ant. Murea
 Varix Lectio
 LIII
 28

quousque homini viuendum putaret, responsio fuit, tantisper dum mortem non putaret. Conuersus inde rex ad iudicem, sententiam ferre iussit. cumq; is unum alio deterius respondisse pronunciarat: Ergo, inquit, tibi primo moriendum est, ita iudicatis. Nequaquam, ait ille, siquidem, o rex, tibi constes, qui eum te interfecturum primo loco dixeris, qui omnium pessime respondisset. Qua in historia hoc mihi sub-obscurum esse aliquantum est, quod tertius interrogatus ab Alexandro, quod animum esset callidissimum, responderit, id quod ab homine non est cognitum. Græcè sic sonat: ποῖον ἔστιν Ἰωῶν πανουργώτατον, ὃ μὲν γὰρ τῶν νῦν εἶπε, ἀνδρῶν οὐκ ἔγνωεν. nec fortasse immerito, solutio enim quaestionis magis obscura est, quam ipsa quaestio. Quare cum aliquando in Clementem Alexandrinum, qui hunc Plutarchi locum ad verbum propemodum (suppresso tamē nomine) in medium adfert, incidissem, repperi hac verba apud illum paulo aliter legi, & longè alio sensu, nimirum hoc modo: ὃ δὲ ἔτιος ποῖον ἔστιν Ἰωῶν πανουργώτατον, ὃ μὲν γὰρ νῦν ἐκ ἔγνων, εἶπεν, ἀνδρῶν. Quam certè lectionem ego nullo modo rejiciadam puto, quādoquidem sensum longè meliorem & apertiore adfert. Et cum eam multis auctorum exemplis confirmare possem, unius Euripidis testimonio contentus ero, qui sic inquit de hominis calliditate:

Βεγχὺ τοὶ δένοι ἀνέεργς,

H 3

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ ποικιλίας τραπίδων
 Δαμά Φύλα πούτου
 Χρονίωντ' ἀειώντε παυδύματα.

De Caelo Cereris, deque eo Hieronymi &
 Arnobij loci emendati.

CAP. XXI.

HIERONYMVS libro 2. ad Iovinianum
 inquit: De ciborum sibi placent abstinentia, quasi
 non & superstitio gentilium Cossum matris Deum
 obseruet & Isidis. Idem eodem libro: Quomodo
 autem virginitati vera non praeiudicat imitatio
 virginum diaboli, ita nec veris ieiuniis Cossam Cy-
 besis & Cybeles, & quorundam ciborum in aeterna
 abstinentia, maximè cum apud illos ieiunium panis
 sanguine carniuum compensetur. Hi loci tanquam
 & integri ab omnibus interpretibus praeiitii sunt.
 & praecipuè à Mariano Victorio viro Italo, qui
 pro omnibus suis in Batavos conuitiis, hos & simi-
 les locos nobis emendasset ac illustrasset, maiorem
 certè laudem à litterarum studiosis reportaturus.
 Solus autem Caelius Rhodiginus vir doctissimus, &
 multa lectionis, hunc locum insigniter corruptum
 & deprauatum animaduertit: qua quidem in re li-
 benter illi assentior, sed in emendatione sua non
 Sed audiamus ipsum. Hieronymus in Iovinianum
 De ciborum sibi placent abstinentia, quasi non &
 superstitio gentilium Cossum matris Deum obseruet
 & Isidis.

Ant. Murea
 Varia Lectio
 LIII
 28

& Isidis. Qua tamen in parte haud dissimulandum
arbitror, locum insigniter interpolatum videri: pri-
mum orationis structura, cur enim dicatur Matris
Deum Cossus & Isidis, si eum in cibis aspernantur
Deorum sacris mancipati: porro nec conuenit si sacrum
intelligas. Quid enim Aegyptiis cum Cossis? In Pon-
to quidem & Phrygia vermes albos & obesos, qui
ingello capite sunt, & nascuntur in lignorum carie,
pro magnis rebus paterfamilias exigit. At in-
quit mox Hieronymus: Coge Syros, Arabos, ut ver-
mes Ponticos glutiant, ita eos despicient, ut muscas
millepedes & lacertos. Quod si ad Isiacos Romana
urbis referendum putes, quoquo te torqueas frige-
bit excellenter. Alicubi scriptum reperias costum,
non cossum. Mendo non caret hoc quoque, sed ad
verum gradus est. Nam subolet à Hieronymo Graece
scriptum, ἀγασθῶν, id est, ciborum abstinentiam, velut
ieiunium, ubi nil vel parum praegustes, ac vilius.
Extat verbum apud Pollucem, exponitur à Suda.
Cybeleios verò & Isiacos luctus ratione cibis absti-
nuisse propter Atym & Osirim amissos, evidens
coniectatio est Augustini libro sexto Ciuitatis diui-
nae, & Lactantij libro primo. Quod igitur de sive-
rio concupita rei factitarunt Dea, imitabantur sa-
cerdotes, aut quisquis sacra coleret. Proinde di-
citur rectè ageuston matris Deum Isidis. Ieiunia in
veteri religione seruata, in libro de Osiride ac Iside
Plutarchus docet, ac in Deorum natura Phornutus.

Haecenus ille. Nimis longè hic à vero aberravit, exo
 Ego minima mutatione legendum iurauerim hoc Au
 modo: quasi non & superstitio gentilium Castum tan
 matris Deum obseruet & Isidis. & alio loco: de ce
 nec. verè ieiuniis Castum Isidis & Cybeles & Var
 Ad quam coniecturam confirmandam non parum Cer
 momenti erit, quod Blondus in Historia sua huius ris
 Hieronymi locum citans aperte legat: Castum no vid
 tris Deum & Isidis. unde colligo hanc esse antiq uo
 huius loci lectionem, quam quidam postea non inteli vid
 ligentes, quia esset Castum, alij in Costum, alij in quia
 Cosum, alij in Cossorum mutarunt. Præterea & nen
 Tertullianus in libro De ieiunio hanc nostram lectio- dun
 nem confirmat, inquit: Sed bene quod in nostris in
 Xenophagiis blasphemias ingeris, Casto Isidis & Cy- filio
 beles, eas adæquas. Non parùm etiam hanc lectionem vete
 confirmabunt verba Festi, quæ mihi indicant de casto
 Etissimus vir, ac mihi amicissimus Ludovicus Carru & J
 I. C. Verba Festi hæc sunt: Minuitur populo luctum te, q
 ædis dedicatione: cum Censores lustrum condiderunt: satis
 cum votum publicè susceptum soluitur: priuatis an- nefa
 tem, cum liberi nati sunt: cum honos in familia ce- & J
 nit: cum parens, aut liberi, aut vir, aut frater ab ipso
 hoste captus domum redit, cum desponsa est; cum los a
 propiore quis cognatione, quàm is qui lugetur, natus Et a
 est: cum in casto Cereris est, omnig. gratulatione cent
 Iam nulli opinor dubium erit, quin Castum apud imm
 Hieronymum legendum sit. Sed iam magna rursus ma
 exori-

Ant. Murea
 Varia Lectio
 LIII
 28

exoritur quæstio de Casto quid sit? Nam Antonius Augustinus dicit, De Casto Cereris mihi non liquet. tamen non licere à lugentibus Cerealia celebrari, docet Linius lib. 22. Et Iacobus Ræuordus in libro Variarum, adducens Festi verba, inquit: De Casto Cereris mihi non liquet, nisi fortè per Castum Cereris nimiam castitatem illam intellexerimus, qua viduas Africanæ Cereri olim adstitisse, scribit ad uxorem lib. 1. hunc in modum Tertullianus. Caterum viduas Africanæ Cereri adstistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum viris, non modo thoro decedunt, sed & alias, eis utique videntibus, loco suo insinuant, adempto omni contactu, usque ad oscula filiorum. Et sic quidem Castum Cereris ea forma veteres dixisse videri possunt, quo Castum pro re casta, sacrum pro re sacra, diuinum pro re diuina, & sic deinceps, sumitur. Hac ille. Nec mihi certe, quid post tantos viros, de Casto Cereris dicam, satis constat. Interim tamen illud facile apparet, nefas fuisse, imò illicitum eo tempore, quo ieiunium & sacra Cereris celebrabantur, pane vesci, vel ex ipso Hieronymo, qui inquit: Maximè cum apud illos ieiunium panis sagina carniū compensetur. Et alio loco in epistola De institutione filie: Displacent mihi in teneris maximè ætatibus, longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo ac poma vetantur. Experi-

H s mento

mento didici, asellum in via cum lassus fuerit, in
 uerticula querere. Faciant hoc cultores Isthmii &
 Cybeles, qui gulosa abstinentia Phasides aues, & in-
 manentes turtures vorant, ne scilicet Cerealia
 contaminent. Atque hoc ieiunium, & hanc
 nis abstinentiam videntur antiqui appellasse Cereris
 Cereris, ut manifestè satis constat ex lib. 5. *de
 by*, cuius verba eo libentius referam, quod, quo
 locus in eis corruptus, ex codice Romano sit emenda-
 dus, lectori eadem opera inuicabo. sic igitur *de
 by*: Quia pectoribus applodentes palmas, & cum
 crinibus Galli? nonne illos referunt in memo-
 riam lucretis, quibus mater turrita cum *Agdella*
 chrymabili puerum profecuta est ciuitatu? *de
 by* temperatus fabae alimonio panis, cui rei dedisti
de by Castus: nonne illius temporis imitatio est, quod
 se numera ab Cereris fruge violentia mæroris ab-
 nuit? Sic habent omnia exemplaria à Gelenio
 tuta: sed legendum pro, Quid temperatus fabae ali-
 monio panis, ut habet vetus codex Romanus; *de
 by* temperatus ab alimonio panis, id est, abstinentia
 Ceres à victu panis. Præterea dies illos quibus
 illa colere ac celebrare moris erat, Castos vocabatur,
 ut ex verbis Marini Neapolitani antiqui scriptoris
 in libro quem Procius inscripsit, in *de by* colligitur:
 τὰς δὲ ὑπερῶνας ὠδὰς ποσειδῶνος
 ἢ καὶ ὠδὰς τῶν ὠδῶν φρυγῶν ἀποδιδείστας
 καὶ εἰς τὴν ἐκείνου μύθου ἡγῶν.

Plata

Ant. Murea
 varia Lectio
 LIII
 28

Plutarchus & Strabo ab eodem errore vindicati.

CAP. XXIX.

PLUTARCHVS in libro *περὶ τῆς μῆτρας* ἀκούσας φησὶ τὸ θεοῦ τὸν καὶ μὲν ἔμουσικὴν ὀρθάν ἔχειν ἰδίαν ἔδὲ βυφειρὰν οὐδὲ ὀπικηλασμήν τῶς μέλει. quem locum Xylander asterisco notans, mendo non carere sine dubio suspicatus est, nec immerito. Ego autem sublata unica particula locum integrum reddam, hoc modo legendum: ἀκούσας τὸ θεοῦ τὸν καὶ μὲν ἔμουσικὴν ἔ. c. particula enim non sensum totum peruertit, quod autem sic sit legendum, satis constat ex sequentibus, ἰδὼν δὲ ἔθεσται τὸ ἀπαθεὶς ἔ. c. Si quis autem huic nostrae opinioni fidem derogat, adducam Aristidis similem locum ex oratione pro Quatuoruiris, ubi de eadem sententia Pindari disputatur, hoc modo: Quapropter ut Platonem optimum quoque anthyrambicum Pœtam libenter facio, ita nec possum de Pindari Dithyrambis, secundum Platonis criminationes sentire, non tantum quo videam dithyrambos ipsos esse firmiteres ac viriliores, quam ut ille cuiquam cedere videatur: sed & quod in hymnis dum calamitates ac fortuna mutationes, qua ex omni memoria contigerant, describit, Cadmum ait Apollinem audivisse rectam musicam proponentem. Ex quo fit, ut Pindarus quoque rectam amet musicam. quam verò amat, eam procul dubio tractat. Neque enim quam Apolli-

Ἦν γὰρ τὸ πάριθεν, ἔφορητά φησιν ὁ Πίνδαρος,
 Κύμασι τε, παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖσιν,
 Ἀλλὰ καὶ ὁ γῆρος ὁ πόντος ὀδυῦναισι θεῖαις ἀλγυτο-
 κοῖς ὀπιβαίνῃν, (ρίων.
 Δὴ τὸ τέσσαρες ὄρθαι περιμενῶν ἀπώρισαν ἔσο-
 Ἄν δ' ὅτι κρηναὴν χεδὸν πῆξα ἀδαμαντοπέδι-
 λοι κίονες.

Ἐῖδα τέκοισα ὀδυῦναισι ἐπόφατο γῆρον.


Apud quem extra omnem controversiam legendum est, Ἦν γὰρ τὸ πάριθεν φορητὰ ἔσθ. vult enim dicere, hanc insulam primò fuisse vagam & errabundam, postea immobilem factam propter Latona partum. Ad hunc locum Pindari, ut hoc etiam obiter mononeam, alludit alibi Plutarchus, cum sic inquit: πῶ δὲ γῆρος καὶ Πίνδαρον, ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες πῆξουσιν.

lanum primum omnium æreos nummos cudi-
 disse auctoritate antiqui cuiusdam scripto-
 ris confirmatum: eiusque nummi figura è
 tenebris eruta. CAP. XXIII.

PLURIMUM certè debent bonarum literarū
 & antiquitatis studiosi præclaro viro Ioanni Sam-
 buco, qui ad studia iuuanda natus esse omnino vide-
 tur, ad eò nullis laboribus nec sumptibus parcēs om-
 nibus prodesse conatur. & ex cuius Bibliotheca, quā
 habet antiquissimis, & optimis auctoribus instru-
 ctissimam atque ornatissimam, non secus atque ex
 equo

equo Troiano optimi quique auctores in lucem pro-
 dierunt, atque etiam num quotidie prodeunt, et
 ter cetera praecleara sua antiquitatis monumenta
 ita pridem in lucem edidit libellum quendam, in
 uo illum quidem, sed praeclearis & raris nummi-
 tum figuris refertum. Et in eo, ut ad rem veni-
 inter alias figuras & hanc repperi.

Ant. Muret
 Variae Lectio
 LIII
 28



Cumq; diu multumq; deliberassem, cuiusnam ha-
 nummi figura esset, diuinaui tandem hoc nummum
 esse antiqui illius Iani, qui primus in Italia regnauit
 dicitur, quiq; primus aesum nummorum introductum.
 Diuinationemq; meam comprobari postea in
 insigni et memorabili quodam loco qui legitur apud
 Athenaeum in fragmento 15 libri Dipnosoph. quod
 primu superioribus annis a Guilielmo Caetero fratre
 meo publicatum est. In eo itaque loco repperi Iani
 primum coropae inuentorem fuisse, primumq; re-
 multuarios pontes, nauisq; inuenisse, ac primum
 areum nummum consignasse. Compluresq; idcirco
 ciuita-

civitates in Gracia, in Italia, in Sicilia bicipitem
 figuram in nummis imprimere solitos fuisse, ex al-
 tera vero parte vel pontem, vel coronam, vel nauigi-
 um, ut in huius nummi figura etiam cernere est:
 in una enim parte caput biceps est in altera nauigia.
 Sed prestat ipsum Athenai locum in medium addu-
 cere: Ἐπεὶ δ' ἐν αὐτῷ τῆς λόγου ἐσμὸν, συμβαλέ-
 ματι μὲλος ὑμῖν εἰς ἔρποντα καὶ τὴν κυθήμιον ποιητῆν,
 ὅτι Ἰανὸς ὁ παρ' ἡμῖν θεός, ὃν καὶ πατέρα φερου-
 μένου, φερῶτος εὐρε σέφανον; ἰσορεῖ δὲ τὸ Διὸς
 καὶ ὁ κερκυραῖος ἐν τῷ περὶ λίθων, γραφῶν ἔπος.
 Ἰανὸν δὲ λόγος ἔχει διφροσώπων γενοῦναι, τὸ μὲν
 ὀπίσσω τὸ δ' ἐμφροσῶθεν ἔχοντα φροσώπων· ἀπὸ τῆς
 καὶ τὸν Ἰανὸν ποταμὸν, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομά-
 ζουσι, καθιπέσαντος αὐτῆς ὀπί τῆς ὄρους. φερῶτον δὲ
 καὶ σέφανον εὐρεῖν καὶ χεδίας καὶ πλοῖα, καὶ νόμισμα
 χαλκοῦ φερῶτον χαιρέσαι. διὸ καὶ τῆς καὶ τῆς ἑλλάδα
 πάλαι πόλεις, καὶ καὶ τὰ Ἰταλίαν, καὶ Σικελίαν
 ὅτι τῆς νομίσματος ἐγχαράττειν φροσώπων διέ-
 φλλον, καὶ ἐν πατέρε μέρει ἢ χεδίαν ἢ σέφανον ἢ
 πλοῖον. Haecenus ille.

Porphyrj locus emendatus.

CAP. XXIII.

CIRCUMFERUNTUR libri quidam Por-
 phyrj philosophi doctissimi, De abstinentia animalium,
 mali admodum in multis locis habiti, & propterea
 interpretem nondum nacti: quorum in secundo ma-
 cula

Ant. Mureti
Varia Lectio
LIII
28

cula non leuis in excusis libris, haectenus in seclis
nos quantum in nobis erit, eluere conabimur, quod
praestiterimus, & conatui nostro successus non de-
cerit, bene est. sin minus, conatus noster non erit re-
ciendus. Sed iam ad opus nos accingamus, ac prout
ipsius auctoris ut vulgo leguntur verba, in locum
proferamus: Διὸ θεῶες μὲν οἱ ἐν μεσοταίοις θεοῖσι
οικήσαντες, μηδενὸς ἀπαρχόμενοι μηδ' ἐρύσσοντες
ἀναρπάσοι κατ' ἐκείνων ἐγγύοντο τὸ χρόνον ὅτε ἀνθρώπων
πῶς καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκουμέναις, κατὰ πόλιν, ἐπὶ τῆς
οικήσεως θεμέλιον ἔξαιφνης ἐδ' εἰς ἄρδην ἰδύμενοι
ἔβειν γὰρ ἀτάταλον ἐκ ἐθέλεισσιον ἰσχύν, ἐδ' ἀθανάτοισι
θεοῖσι θεραπύειν ἠθέλον, ἐδ' ἰδεῖν μεγάροισι ἰεράσι
ἐπὶ βωμοῖς. ἢ θεῖμις ἀθανάτοισι. ποιητῶν ἀντι-
ζῶς κενίδης ἔκρυψε χολέμενος ἐνέκα πινυ-
εἰδῶν μεγάροισιν ἐδ' ἀπὸ χρόνου τούτοις κενί-
περ ῶ δίκαιον. Hic locus ut corruptissimus, et
etiam diu multumq; me iorsit, penitius tamen
introspecta, cognoui statim dissecti (ut ait ille) mem-
bra poetae. Itaq. paucis vocibus mutatis, locus in-
ger erit, nimirum si pro ἰδεῖν, legatur ἔρδεν, &
pro ἢ, ἢ, & pro ἀθανάτοισι, ἀνθρώποισι. Versus au-
tem poeta ad quos alludit, sunt Hesiodi in Operibus
ubi de argentea etate his verbis agit:

ἔβειν γὰρ ἀτάταλον ἐκ ἰδυόμενοι
ἀλλήλων ἀπέχεον, ἐδ' ἀθανάτοισι θεραπύειν
ἠθέλον, ἐδ' ἔρδεν μεγάροισι ἰεράσι ἐπὶ βωμοῖς
ἢ θεῖμις ἀνθρώποισι κατ' ἠδέα. τοῖς μὲν ἔπιπτα

Ζῶς κενίδης ἐκρυψέ χολέμενος, ἐνεκα πιας
 Οὐκ ἐδίδωυ μακάρεσι θεοῖς, οἱ ὄλεμπον ἔχουσι.

Arnobius emendatus & illustratus.

CAP. XXV.

EST locus quidam apud Arnobium lib. sexto, multis & maximis mendis deformatus, quem iam in integrum omnino suo nitore restituere, ut nostrum non est ingenij, sic alios oratos & obsecratos volumus, ut huic loco ingenij sui vires intendere volunt, est enim dignus vindice nodus. Nobis hoc tempore suffecerit unico mendo hunc locum liberare, erroresq; alios indicare. Nam hunc locum quemadmodum hodie legitur, ἢ τίς ἢ ἰδεῖς, ut Græci loquuntur, animaduertet. Locus itaq; Arnobij est: Ridetis temporibus priscis Persas fluvios coluisse, memoralia ut indicat scripta, informe Arabes lapidem, acinacem Scythia nationes, ramum Progenes Thespios: lignum Carios pro Diana indolatum: Pessinuntios silicem pro matre Deum, pro Marte Romanos hastam; Varronis ut indicant Musæ: atq; ut Aethedius memorat, ante usum disciplinamq; fictorum, puteum Samios pro Iunone: & abstinetis a risu, cum pro dijs immortalibus sigilliolis hominum & formis supplicatis humanis. Sed antequam ad reliqua accedamus, unum prius locum emendare conabimur, qui est: Atq; ut Aethedius memorat, ante usum disciplinamq; fictorum puteum Samios pro Iunone. Hic locus diu multumq; me suspensum tenuit,

Ant. Murer
Varia Lectio
LIII
28

tenuit, nec quodnam huic loco remedium afferri
 inuenire poteram: insolens enim & inauditu[m], ut
 adeo ἠδύδοξον esse mihi videbatur, dicere Samos
 puteu[m] pro Iunone coluisse. sed paulo post inueni
 meptis Alexandrini locum, unde hic sumptus est
 plurimi alij, ubi sic legitur: καὶ τὸ δὲ Σαμίαις ἠδύδοξον
 φησὶν Ἀέθλιος, ἀεὶ τρεῖς μὲν ἦν σαρῖς, ὅσπερ ἐστὶν
 ἀεὶ ἑλέως ἀρχόντος ἀνδρῶν τοῖσδε ἐχέσθαι. Quod
 cum communicassem cum doctissimo mihiq[ue] amantissimo
 viro Ouerthofiano, cuius ille, quod ego
 Nimirum locu[m] Arnobij esse corruptu[m], & ex Clemente
 te emendandū. cuiusq[ue] ego hoc difficile factu[m] putarem
 metuens a veteri & antiqua receptaq[ue] lectione
 gius discedere, ille mihi ex tempore pro sua eruditione
 & ingenij alacritate, veram ex antiqua scriptura
 rā lectionem vnica tantu[m] addita litera, ostendit
 legendū pro puteum, pluteum. quam saneconicam
 ram non potui non probare, quandoquidem pluteum
 idem significare quod apud Clementem σαρῖς, non
 sit dubium. Et hanc eius tam eruditam coniecturam
 non solum comprobat locus Clementis, sed etiam
 Eusebij Casariensis, in qua postea incidi, ex libro
 Evangelica preparatione. & licet locus ille admodum
 sit corruptus, tamen quae ad hanc quaestionem pertineant,
 inde facile colligi poterunt. Eius autē haec sunt
 verba: Ἡ ἑστὶ δὲ καὶ Σάμοις ξύλων εἶχον εἰδὼς
 φησὶ καλλιμάχος.

Οὐπω σκέλμιον ἔργον εἰς ἔθρονον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πύθῳ



Δὴ νεόγλυφον ὡ' ἰαζ' θεῶν ἡδ' αὖ σαπίς.
 ὡδ' ἡδ' καὶ διδρύνοντο θεῶς τότε. Non autē hoc fuisse
 nonum & inauditum, priscis illis seculis, quibus
 nondum pictores aut figuli erant, testatur etiā Ter-
 tullianus, eruditus cum primis & antiquus scriptor,
 in libro aduersus Gentes: ubi sic inquit. Sed & qui
 crucis nos religiosos putat, confectus deus noster erit,
 dum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus dū
 materia qualitas eadem sit: viderit forma, dum id-
 ipsum Dei corpus sit, & tamen quantum distinguitur
 a crucis stipite Pallas Attica, vel Ceres farrea, qua
 sine effigie rudi palo & informi ligno prostat. Et
 Lucanus lib. 3.

—Tum plurimā nigris

Fontibus unda cadit, simulacraq; mæsta Deorum
 Arte carent, caesisq; extant informia truncis.
 Et Clemens Digestorum primo: ὅπιν γ' οὐδ' ἀχέ-
 ραθλίαι τὰς τ' ἀγαλιώτων χροῖς, κίονες, ἰς ἀντες αὖ
 παλαιὸν ἔσεθον τοῦτοῖς ὡς ἀφιδρύνοντα τ' θεῶν. idem
 etiam declarat locus præclarus qui est apud Athenæū
 lib. 14. quem propter elegantiam non grauabor ad-
 scribere. Parmeniscus Metapontius & genere &
 diuinitis ceteros antecessores, velut Simus, lib. 4. Delia-
 dis restatur, cum in Trophonij locum descendisset ac
 ascendisset, postea nō amplius ridere poterat. cum de
 hac re oraculum percunctaretur, ei responsum fuit:
 Derisu me percunctaris, difficilis vir,
 Ipsa tibi mater dabit, hanc venerare reuersus.

Cum speraret hic igitur, cum reuersus esset in patriam, se esse risurum, atque nihilo amplius rideret, existimans se deceptum esse, forte venit in Delum, omniaque quae erant in insula admiratus, ad Latone imaginem transiit, atque cum existimaret matris Apollinis statum aliquam esse eximiam, ubi eam ligneam ac deforme vidit, praeter opinionem risit, Deique responsum percipiens, aegritudineque liberatus, magnifice Deum laudibus coedecauit. Haec ille. Si omnia eius rei caeterorum testimonia in medium adducere, atque adhaerere merare vellem, dies me deficeret. Quare his praesens supra adductis contentus ero. Et licet haec ita se habeant, non possum tamen dissimulare, me reperisse aliquibus temporibus antiquos etiam puteos colunt, ut ex 8. Strabonis planum faciam, ubi sic legitur: In puteis autem quatuor insignes habentur & sanctos quos eximia veneratione colunt, qui in aquarum puritate aquarum abundantiam inducunt. Sed hoc tamen momenti non est, ut locum Arnobij mendo putem. Iudicent alij. Iam ad secundam promissam partem accedamus. Verba Arnobij haec sunt: Ramum Proconnesium Thespios. in Romana codice legitur, Ramum Proconnesium Athespios. Lilius Giraldus quodam in loco haec verba adducens, sic citat: Ramum Proconnesium Athespios. apud Clementem, unde hic locus sumptus videtur, sic legitur: ἡ δὲ ὑδατοποιία ἵπας ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐκκεννομηδίων. Sic ad hunc locum nihil aliud quod afferam habeo, nisi variam & diuersam

Ant. Muret
Varia Lectio
LIII
28

lectionem: quod eò libētius feci, ut postea lector magis doctus & ingeniosus, veram ex his lectionem aliquando elicere possit; licet difficile hoc futurum existimem, sine ope alicuius veteris codicis.

Orphei versus duobus locis in Georgij Cedreni Annalibus notori suo restituti.

CAP. XXVI.

GEORGII Cedreni Annales studiosè perlegens ac percurrens, nō ita longè à principio incidi in hunc de Orptheo locum, qui sic se habet: Ἐν τοῦτοις χρόνοις τῶ Γεδεῶν, ἡ Ὀρφεύς ὁ Θεῶν ὁ λυρικὸς ὁ βρυώσιος, ὁ σοφώτατος καὶ φιλοσόφος ποιητής, ὁ δὲ ἐδιδάξατο θεογονίαν καὶ κόσμου κτίσιν, καὶ ἀνθρώπων πλάσσειαν· εἰρηκῶς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆ σωτῆρα ματος αὐτοῦ, ὅτι δὲ ἰδίας ἐνθυμήσεως οὐκ ἐδέξατο πᾶσι θεῶν, ἢ τῆς κοσμοκτισεως. ἀλλ' αἰτησαμένη αὐτῷ μαθεῖν πᾶσι τῶ φοῖβε πτάνος ἡλίας τῶ θεογονίαν, καὶ τῶ τῶ κόσμου κτίσιν, καὶ τίς ἐποίησεν αὐτῶ, ἐκφέρει) γὰρ ἐν τῇ αὐτῷ ἐκθέσει δὲ ποιητικῶν εἰχων, οὕτως:

Ὡς ἀειξ Ἀπόλλωνος ἡ ἐκατηέολε φοῖβε κραταί.

Ὡς δὲ ἀποτα ἡμέρας ἡ, ὅ τα πάντα πόρρωθεν ἐν ταῖς ἀκτῖσι σου τοξόων, ἀμίαντε καὶ δυνάτε.

Πάνδερες, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσων.

Ὡς τα πάντα ὅπι βλέπων θνητῶν καὶ ἀθανάτων βασιλεύων.

ἢ ἡλε χρυσέοισιν ἀειθέ μιν περὺ γαστρῶν.

I 3

ἡλίας

ἦλπε πρῖαις εἰς τὸν ἀέρα ὑψέμενε πέρυξι.

Δωδεκάστω δὴ τλώδε πρὸ σου ἔκλυον ὀμῶδες.

Σεῖο φαρμάξ. σὲ δ' αὐτὸν ἐκνήβλε μαρτυροῦσθαι.

Quibus in versibus videor mihi nescio quid im-
fluxa ac fuci naribus olfecisse: quod ipsum hic sic
tuo nullo modo praterire, sed cum ipsius poeta
diolis communicare volui. Quare penitus
Orphæi versus considerans ac perpendens, depre-
di trium priorum versuum glossas, seu Gramma-
corum interpretationes in cōtextum irrepisse, non
prioris versiculi.

Ω ἀνάξ ἀντὶς ἡεῖ ἐκνήβλε φοῖβε νεγταῖς,
glossa est hoc quod sequitur, Ω δέσποτα ἡμέτεροι
ὁ τὰ πάντα πῶρρωθεν ἐν ταῖς ἀντίσι σου πρὸς
ἀμίαντε καὶ δίωατὲ. Secundi versiculi

Πάνδερες, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει,
hæc est interpretatio: ὁ τὰ πάντα ὀπιλέσσει
τῆς καὶ ἀθανάτων βασιλεύων. Tertij verò versiculi

ἦλπε χρυσέοισιν ἀφ' ἑμέμενε πέρυξασιν. glossa est
ἦλπε πρῖαις εἰς τὸν ἀέρα ὑψέμενε πέρυξι. Idem
genus glossemat is deprehendi in alio Orphæi loco, qui
paulo post ab eodem in medium profertur: locus
est: Περὶ δὲ τὰ ταλαιπώρου χροῖς τῆς ἀνθρώπων
ὁ αὐτὸς Ὀρφῶς εἰσεῖθε ποιητικῶς σίχους πῶλλους
ἀφ' ὧν εἰσὶν οὗτοι.

Θῆρες τ' οἰωρήτε βροτῆς τ' ἀλητώσια φύλα
• Θηρία, ὄρνεα, τῆς ἀνθρώπων τὰ κατὰ φύσιν
μυθὰ ἔθνη.

Αἴθε

Ant. Mureti
Varia Lectio
LIII
28

Ἄχθεα γῆς εἰδῶλα τετυγμένα,
 Εἰδότες ἔτε κακοῖο θεοσερχομένοιο νοῆσσι,
 Φράδμονες ἔτε ποῖον μάλ' ἄπορ ρέψαι κακότητος,
 Οὐδ' ἀγαθοῦ παρόντος ὅπως ρέψαι καὶ ἔρξαι,
 Ἀλλὰ μάττω ἀδαήμονες ἀθεοόητοι.
*ubi etiam prioris versiculi explicatio est illud quod
 sequitur: Ονειρία, ὄρνεια, ἡδ' ἀνθρώπων τὰ καταγα-
 λισκόμνα ἔειπν. Atque hac hæctenus.*

FINIS.

In his Variarum lectionum libris, cum
 fidē orthodoxa pugnat nihil. Bru-
 xellæ 1573. 27. Nouembris.

I. Schellinck,
 P. S. Nicolai.

Ant. Muret
Varia Lectio
LIII
z s






Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
2 f







Th
6092

